

Peter Lauremberg

## Musomachia id est Bellum Musicale

[Rostock]: [Rostock]: Hallervordius: Richelianis arma, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730469212>


Druck Freier  Zugang








Rb-366<sup>1-4</sup>







# MUSOMACHIA

id est

## Bellum Musicale.

Ante quinque lustra Belligeratum in  
gratiam ER: SAR: nunc denuò institutum  
à primo ejus auctore

**PETRO LAUREMBERGIO**  
Professore Academico.



RICHELIANIS arma suppeditantib.

*d*  
JOHANNE HALLERVORDIO toti orbi  
indictum.

1 6 4 2.



MUSONACHIA

1711

Belium Muficale.

Ante quondam in Belgiam in-

gratum progreffus auctoritate illius

et quodammodo

PETRO LAUREMBERGIO

Profeffore Acad. mico.

—————

RICHARDI auct. hinc inde

—————

—————





C A P. I.

PRÆLOQUIUM.

Descriptio Regionis, itemq; Re-  
gni, & Genealogiæ Imperatorum  
Musices.

**A**rima horrenda Virum, triste ac lacryma-  
bile bellum,  
Ut Superum, & memorem Musai Regis ob-  
iram

Exortum, quod  $\mu\upsilon\sigma\epsilon\iota\alpha$  Μουσῆς ἀλγεῖ ἔθηκε:  
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς αἰδὶ πρὸς αἴψην,  
Dicere fert animus. Vos ὀ clarissima Mundi  
Ornamenta, Decæ Pimplejades, alma sororum  
Turba novenarum (nam vos vidisti & illa)  
Aspirate novū cæptū, animique favete.

Nec enim alio orationis filo quam carmine  
telam sui discursus exordiri fas est Musicum in-  
genium, vel si id mavultis, Musices & Musaram  
Sacerdotem, qualis quidem ἔγωγε & χορομαστράτης  
aut saltem una me ibidem traho. Conclusum  
& constitutum est apud animum meum, com-  
memorare & corbi aperire tenorem exitialis belli,  
quod

A 2

quod ante saecula invicem gesserunt Induperatores Regni Musici. Illud initio monitum & praemissum cupio, ne quis frontem contrahat, neu exasperet supercilium, quia dixi belligerasse invicem, & hostili animorum atque armorum, conflictu concurrisse Inquilinos provinciae Musicae, in qua vigere nihil praeter concordem harmoniam, amicabilem concentum, suavissimam symphoniam; nihil praeter vocum & pectoris consonantiam, nimis in confesso est, & in ore omni populo. Primum ne id sitis nescii o Philomusi, & o Musicophili, non est quod vobis metuatis à cruentâ coede, à tructulentâ strage, & lanienâ terribili plurium hominum. Verbis hoc certamen cernetur, & nudo sono: adeoque tota fabula meris occupabitur vocibus: Scilicet quia par est respondere suum pedi calceamentum; & imperii è vocibus nudis constantis, res quoque gestas esse consimiles. Hic mos bella gerendi nec novus est, neque hodie primum natus. Jam olim similem pugnam inierunt Grammatici Regni proceres, velut videre est ex historia Belli Grammaticalis, cujus descriptor And: Solernitanus, patritius Cremonensis.

Disparuisse quoque in vulgus Claudii cujusdam Metensis monumenta de Bello Musico, non dubito quin nonnulli vestrum vel fando

boup.

s A

acce-



acceperint, vel oculis usurpaverint: Quorum hic, veluti istius, sic ego hujus aut potius utriusque exemplum & levissimos ac superficialios ductus me hic esse sequutum, commodiori tamen orationis caractere, & rerum aptiori dispositione, novorumque inventorum additione ita castigasse, ut jam MEUS LABOS, meum privum, propriumque opus æstimari possit, id verò ingenue profiteor, neque ullâ ratione eo inficias. Tùm porrò quid aliud sunt Logicorum intentionales disputationes, & imaginariæ dissertationes, & controversiæ febriculosæ de Entibus rationis, & secundis notionibus, de universalitatibus, de prædicabilitudinationalitatibusque, de ponte asinorum, de Modalibus, de Syllogisationum monstruosis & terrificis titulis, pro quibus velut pro aris focusque pugnatur ad sudorem & animi deliquium: Quid, inquam, aliud sunt, quam bella & pugnæ Logica, meris mirisque imaginariarum vocum armis pugnata? Utinam non esset periculum majus metuendum miseris nobis atque afflictis Germanis, ab intestini belli ardore, & à trucis Martis nimis audaci sævitia! Cujus memoriam cum animo mecum verso, quid aliud, etiam in pacatissimo regno Musico, mentem subire potuit, quam tristis funestaque belli facies? Sed ut jam in arcem ipsius causæ

invadati, nec vobis Musophilis, prolixiori præloquio incommodificus sum, aut multum odiosus, (ut hoc Cornici verbum meum faciam) à tali quidem principio atq; origine narrationem auspicor.

ILLE GRÆCIE, omnis eruditionis & sapientiae nutricula, fama ad cuius aures non pervenerit, neminem ego tam hospitem in mundo & Reipublici litteraria esse arbitror. Hæc quondam dici meruit Communis Schola generis humani. Hæc Tullii testimonio fuit nobilissimum Orbis terrarum gymnasium. Grajis ingenium, Grajis dedit ore rotundo Musa loqui. Qui novit nomina toto coelo novissima, Solonem, Socratem, Xenophontem, Platonem, Aristotelem, Isocratem, Demosthenem, Thucydidem, & sexcenta alia Græciæ ornamenta, is unâ opera hujus provinciae famam & memoriam nescire nequit. Hæc igitur Hellas, angustâ cervice Peloponnesum contingens, pulsaque partim Jonio, partim Lybico, partim Ægeo Mari, tantâ pridem Cœli Solique felicitate gavisa est, ut in hoc infimo Universi puncto nihil unquam aut uspiam emendatius, nihil venustius, nihil absolutius aspexerit Cœlum, vel Cœli oculus Sol,

ἔς πάντ' ἑφορᾷ καὶ πάντ' ὀκναίει.

Summa illic erat & tranquillissima serenitas.

Exqui-



Exquisita & sincera temperies aeris, qui medio-  
cri mutatione per tempora contentus, tam ex-  
torrem æstatis fervorem, quam egelidarum ni-  
vium frigora nesciebat. Imbres rari & medio-  
criculi. Etesiæ perennes, suaves, & roriferi.  
Nam qui à frigidis Septentrionibus proflat Bo-  
reas, propter terrarum intercapedinem in vasta  
& inania incidens spacia, fatigabatur & deficie-  
bat priusquam illuc perveniret. Qui vero è  
mari surgunt Argetæ & Zephyri, temperatas  
quidem ex Pelago pluvias advehebant, amœnâ  
tamen salubritate demulcebant potius quam  
obtundebant provinciam. Quid ego de Tel-  
luris & agrorum genio dicam? qui non pingues  
solum & fertiles, supra quam dici potest, sed et-  
iam suâ sponte nullius humanæ opis aut laboris  
indigi, largissimâ liberalitate eructabant, poly-  
dædalas frugum, fructuum, florum, herbarum,  
pecorum, volatilium, omnigenumque anima-  
lium copias. Hic Campus ille Elysius: hæ in-  
sulæ verè fortunatæ, quas Graphice descripsisse  
scitis Venusinum Lyricum,

*arva beata, - divites & insula*

*Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannu,*

*Et imputata floret uque vinea.*

*Germinat & nunquam fallentû termes olive,*

*Suamque pulla ficus ornat arborem,*

A 4

Mella



Mella cavâ manant ex ilice: Montibus altis

Levi crepante lymphâ deflât pede.

Illic iniuste veniunt ad mulctra capellæ,

Refertque tenta grex amicus ubera.

Nec vespertinus circumgemit ursus ovile;

Nec intumescit atra viperæ humus.

— hic neq; largi

Aquosus Eurus arva radit imbribus.

Pinguis nec siccâ uruntur semina glebâ.

Utrumque Rege temperante cœlitum.

Neque hic non erant limpidissimorum fontium, fluminumq; susurrantium irriguæ scaturigines. Non deerant nemorum, sylvarumque gratissimæ umbræ: non montium & collium pulcherrimo clivo assurgentium tumores. Hic vitro crystalloq; splendidiore fluvii, Strymon, Chabrius, Echedorus, Axius, Erigon, Lydius, Aliacmon, Pharybus, Peneus, Sperchius, Panyassus, Aplus, Lou, Achelous, Thyamus, Celidnus, Acheron, Arachitus, Evenus, Ilissus, Alopus, Ismenus, Boagrius, Cephissus, Alpheus, Selas, Eurotus, Inachus. Hic montes Poetarum laudè famosissimi, Olympus, Citharius, Pindus, Par-nassus, Helicon, Citharon, Hymettus, Stymphalus, Bertiscus, Athos, Ossa, Pelion, Othrys, Oeta, Aeroceraunii, Stymphæ, Calidromus, Corax, Pholoe, Cronius, Minthe, Taygetus; Et quis commemoret.

Cate.

Cætera de genere hoc quæ ad eò  
sunt multa?

Tam foelicem regionem ejusque incolas  
jam ab antiquissimâ memoriâ imperio gubernarant  
placido & pacato Reges gentiles, quorum  
per longam seriem alter ab altero fasces & sce-  
ptra acceperant. Nulla apud illos belli, nulla  
pugnarum ne suspicio quidem. Omnia flore-  
bant & vigeabant sub beatâ umbra tranquilla pa-  
cis. Tanto vero coeli favore & superiores rege-  
bant, & inferiores parebant, ut nullus inibi Rex,  
qui non communi populi suffragio Deorum  
cœtui ascriberetur. Itaque jam ultra ter mille  
Divos numerabant; unde conjicere habetis Im-  
perii diurnitatem, incolarum religionem, &  
frequentem multitudinem gentis. Jam tum  
devolutum erat Imperium ad sapientissimum  
Regem JOVEM, ejus nominis ultimum (trecentos  
enim fuisse ex ordine Græcos Joves, testan-  
tur monumenta historiarum.) Is Jupiter ducta  
primâ uxore Majâ, Atlantis & Pleiones Nym-  
phæ filiâ, masculos generavit tres, Bachum, Mer-  
curium, & Apollinem; quos in spem Regni &  
foelicis gubernationis studiosè & sollicitè curavit  
educari. Majâ decedente secundo foedere jug-  
alis thori sociam sibi adjunxit Nympham Mne-  
mosy-



mosynen, ex qua masculam quidem prolem nul-  
lam, at filias Noyem suscepit, quæ postideâ Musæ  
appellatæ fuerunt, eo, ut conjicio, consilio, vel  
quia jam adultæ Musicæ & Cantilenis strenuam  
navare operam, vel quia subtili mentis acumine  
indagare & pervestigare res quasque abditas, &  
scitu jocundas utilesque. Harum puellarum hæc  
erant nativa nomina, Calliope, Clejo, Erato,  
Thalia, Melpomene, Terpsichore, Euterpe, Po-  
lymnia, Urania. Cæterum numerosam hanc  
suam sobolem Jupiter jam ab primâ ætate & ju-  
venilibus annis erudiri, omnique scientiarum  
possessione instrui curavit, adscitis in eam rem  
viris toto orbe lectissimis, quorum in suo im-  
perio copiosa illi erat multitudo. Prima illo-  
rum cura & præcipua sollicitudo in Poesi & Mu-  
sica, quarum cultura in hoc regno fatali quodam  
genio & cœli faventia ad miraculum usque pro-  
cesserat. Postquam inter vivos esse desierat Ju-  
piter, & jam cœlestibus orbibus, numeroq; Pla-  
netarum additus, primogenitus ejus filius Ba-  
chus positus est Imperii; qui cum Musices &  
Poesios gloriâ conjunxit culturam vinearum.  
Unde postmodum Deus vini habitus fuit. Atq;  
hæc forte causa est, quod Poetæ & Musici tanto-  
perè delectentur haustu Veteris vetusti, seseque  
plurimam ac sapiculè invitent amabili flore.

Patris

Patris Liberi. Scilicet ad exemplum sui Ducto-  
ris. Post Bachum Mercurio oblata sunt Regni  
sceptra, qui quamquam & ipse carminibus se-  
oblectaret oppido, aliquas tamen studii & ope-  
rarum succifivarum partes etiam posuit in joco-  
sis facetisque stratagematibus, quam illius agili-  
tatem scite admodum depinxit Lyricus:

*Mercuri; facunde nepos Atlantii,  
Qui feros cultus hominum recantans,  
Vocem formasti carus, & decora  
More palestra. Te vanam magni Jovis & Deorum  
Nuncium, curvaeque Lyra parentem,  
Calidum quidquid placuit jocosum*

*Condere furto.*  
Perventum erat ad Apollinem, qui cum su-  
perstitibus suis novem sororibus Musis, tam in-  
timo fraternitatis vinculo convixit, ut una effec-  
t omnibus mens, unus animus. Administratio ta-  
men Imperii penes solum mansit Apollinem, Is  
cum & ipse pulcherrimus, & insignis praeterea  
esset spectator formarum, Uxorem elegit, qua  
elegantior & emendatior nulla ullo aeo Terrae  
globam calcavit. Si pictores imitari possem,  
graphicè eam vobis darem depictam, aut saltè  
adumbratam. Verbis vero exemplum tam rare  
pulcritudinis nemo facitè expresserit. Hæcigi-

THE



eur Nympha Apollinem suum geminâ fecit pro-  
 le parentem, produxitque unâ foelici partitudi-  
 ne dias in luminis auras Bistonem, & Orphea,  
 duos gemellos, duos egregios carminum artifi-  
 ces. Interea sorores Musæ, & Musices & Poësi-  
 delicias tam efflictim & teneriter deperibant, ut  
 animum prorsus segregarent ab omni virorum  
 consortio, totumq; illud quod inter vivos vixe-  
 runt tempus, illibatâ castitate & pudicitia face-  
 rent commendabile. Sæpe, ut semotis arbitris &  
 procul à vulgo essent, conscenderunt alta mon-  
 tium cacumina, atque inibi paverunt animos  
 delectabili rerum subtilium contemplatione.  
 Hinc nimirum tituli illi, quibus eas honorare  
 amat lepida & erudita Poëtarum facundia; queis  
 familiare est eas nominare Pimplæadas, A-  
 onias, Heliconias, Hymettæas, Olympiadas, à  
 montibus Pimplâ, Aonio, Helicone, Hymetto,  
 Olympo, in quibus sepiusculi versabantur. Haut  
 raro quoque concesserunt ad fontes amoenissi-  
 mos, Castalium, prope radicem Parnassi; Aga-  
 nippen, Inachum, unde postmodum nominatæ  
 Pegasides, id est, Fonticolæ, Castalides, Aganip-  
 pæ, Inachiæ. Et veluti Juno Carthaginem  
 fertur magis omnibus unam  
 Possibitâ coluisse Samo,  
 hæc divinæ Musæ præ omnibus Græciæ urbibus  
 lege-



legerant, lectasq; dicaverant sibi Thespiam, oppidum Heliconi proximum, Libethram in Olympo, Cyrthæam in Helicone, abs quibus & ipsæ cognomento appellatæ sunt Thespiades, Libethrides, Cyrthææ.

## CAPUT II.

Apollo moriens filiis suis relinquit indivisum Imperium. Inter hos orta diffensio prima belli causa.

AD illam concordiæ & unanimi-  
tatis faciem, inter fratrem Apollinem, sororesq; Musas, per multos annorum decursus victum fuit foeliciter. Tandem eam ipsam, quam homines cæteri, etiam Apollo sortem expertus est, pervenitque ad illum mortalitatis gradum, in quo Natura quemque nostrum, debitum suum reposcendo flagitare solet. Dicam uno verbo, consenuerat jam, & alterum pedem imposuerat Charontis navigio, vel si me Poeticè loqui vultis :

*Jam nunc canicies pulsus melioribus annis  
Venerat, & quasso languebant corpore vires,*

*Jam propior letho, fessusque senilibus annis*

*atq; animo, atq; evo, nimium maturus APOLLO,*  
quum ultimæ voluntatis fideicommissum relicturus filiis suis, aliisque Regni proceribus, eos  
ad

ad sese solemniter convocatos, affari cœpit hunc  
in modum. Charissima mea Ioboles, & vos Viri  
Heroes, regni pars melior nostri, satis jam diu  
inferior hic Orbis me Rege usus est. Nunc por-  
ro Regnum meum vobis relinquo, annorum via-  
taque satur. Inter dexteras vestras depono Re-  
gnum placidum & quietum, quod nec externi  
hostis violentia, nec intestini dissidii venenum  
afflat. Omnia vobis in tranquillo sunt; mihi  
solum explenda jura mortalitatis, quod unum  
superest ad Catastrophen meæ fabulæ. Equidem  
non invitus hinc migro: repetiturus antiquam  
originem & patriam Cœlum. Illud ultimo vos  
jubeo, seu multo magis serio obtestor, ne quam  
beatam Concordiam è natali hac terrâ per ve-  
stram culpam exturbetis. Non habeo quod vo-  
bis linguam Carius depositum: Quod, si vobis  
curæ cordiq; esse patiemini, fiet ut omni copia  
fœlicitatum sitis abundaturi. Vestrum vero  
FILII MEI, utrum sedere velim ad clavum Im-  
perii, sceptrique fieri à me hæredem & successo-  
rem, id hisce Tabulis inscriptum scitote, quas, nisi  
postquam suprema dies vitam spiritumq; clau-  
serit, nolo à vobis resignari. Certa me spes te-  
net, fore ut ad paternum hoc imperium assertio-  
nem mentemq; vestram sitis flexuri. Ita si ani-  
mati estis, agite fidem mihi vestram sacramento  
juris-



Jurisjurandi obsignate. Sic Dii vobis semper  
benefaxint, inactentque vos multo & perpetuo  
fortunio. Commodum finierat Apollo, com-  
modumq; sublatis in cœlum palmis, testari cœ-  
perant Deos illi qui cingebant latus decumben-  
tis & moribundi, cum ecce desubito pressis levi-  
ter oculis spiritum animamque singultando po-  
nere visus est Apollo,

*Tum vero exoritur clamor, gemitusque virorum,*

*Et circumpositi lugent juvenesque senesque,*

*Natique proceresque gemunt. Scissaque capillos*

*Pegasides Musæ liventia pectora tundunt.*

*Oscula dant fratri: gelido dant oscula lecto;*

*Et cœlum & terram querulâ ululatus implent.*

Haut multo post ita judicatum est concilio  
Procerum totiusq; Populi, ut quemadmodum  
Jupiter & Mercurius, sic quoque Apollo sedem  
cum aternâ memoriâ possideret inter orbes cœ-  
licos, civesque Aethiicos, & jam alio nomine Sol  
aut Phœbus salutaretur à mortalibus, Bisthon  
vero & Orpheus, relicta Apollinis progenies, ni-  
hil sciebat magis quam ut intelligerent ultimâ  
defuncti parentis sententiam de Regni successo-  
re. Pro se quisque optima quæque sperare, &  
jam animo præconcupere prolixam spem futuræ  
gubernationis. Itaque existimarunt non esse  
protollendam diutius lectionem obsignatarum  
tubel.

tabellarum, quarum beneficio hac sollicitudine sciebant se iri liberatum. Hanc ob causam in confesso conscriptorum patrum reclusæ Tabellæ, hæc verba continere inventæ sunt:

IN POTIUNDO REGNI SOLIO.  
BISTHONEM ANTECEDERE ORPHEA.  
JUBET. ET. ULTIMA. VOLUNTATE.  
CONSENTIT. CONSCISCITQ. APOLLO.

Iis lectis auditisque Bisthon protenus in rem suâ interpretatus est testamentum parentis, sequæ Regem constitutum putavit. Neque enim aliud significare verba ea, BISTHONEM ANTECEDERE ORPHEA, quam BISTHONEM ANTEPONENDUM ORPHEO. Ex adversim Orpheus sibi maximè reservatum à patre, & assignatum Imperium, atque eorum verborum, BISTHONEM ANTECEDERE ORPHEA, non esse aliam sententiam, quam BISTHONI ANTEPONENDUM ORPHEA. Ecce prima tam vehementis & periculosi belli semina. Ecce originem discordiæ, quæ lectissimum illud par fratrum, velut pestilens aliquod sydus, jam ab illo temporis articulo incepit afflare. Tantam animorum conjunctionem sola dominandi lubido dissolvit, & parum abfuit quin pessundaret florentissimum Musices imperium. Non solum acerbo verborum insultu alter in alterum irruere, &



re, & contumeliosè debachari, sed & ad pugnam  
& duellum provocare. Scilicet quia agebatur  
non de capite papaveris eliquo, aut bulbo allii;  
sed de Regno, de diademate Imperii, quod desi-  
derio sui tot mortalium animos transversos a-  
git. Proceres interea, & illi quorum consiliis  
quondam usus fuerat Apollo, omni conatu fra-  
tres ad concordiam hortari, suâ quisq; pro parte  
virili, consuasâ pace, lites & iurgia sedulo aver-  
tere. In quo dum toti sunt, & aula jam clamoribus  
ac minis undiq; insonuerat, numero illis in  
mentem venit tam ambiguum Apollinis Oracu-  
lum temperari posse commodiori interpretatio-  
ne, ut ita utrique parti eatur consultum. Itaque  
cum infensis fratribus in hanc sententiam actum  
fuit. Quia in obscuro sit, uter istorum admini-  
strando regno sit destinatus, neque id ex perplexo  
Parentis syngrapho planissimè liceat hariolari,  
forte id significare voluisse sapientissimum Re-  
gem, neutrum alteri præferendum, sed ex æquo  
utrique committendas habenas Imperii. Id vel  
inde etiam consuaderi, quod annis ambo essent  
pares, nec ætatum similitudo ullam pateretur.  
bonorum distinctionem: Corporis quoq; spe-  
ctabili decore, & animi generosâ indole, neutrum  
alteri cedere. Proinde maximo merito, curam  
regni utrique fore communem. Hâc ratione



& indivisam mansuram coloniam; & inimicas  
 similitates iri sublatum: & concordiam peren-  
 naturam ex voto & mandato summo Imperato-  
 ris. Hunc videri nativum sensum verborum,  
**BISTHONEM ANTE CEDERE ORPHEA,**  
 quibus significetur, neutrum excludendum: u-  
 trumque ex æquo gestaturum purpuram. Cæ-  
 terum insanum dominandi prolubium, quod  
 mens utriusque fratris jam penitus erat submer-  
 sa, & quasi ebria, non passum est vel agnosci vel  
 recipi salutare hoc procerum consilium. Quem-  
 admodum Ictericorum oculi, luridâ jam ante  
 flavedine inquinati, non cernunt nativos cor-  
 porum colores: ita animus vel irâ vel cupidine  
 præventus, non potest judicare.

*Quidnam sit pulcrum, quid turpe, quid utile,  
 quid non?*

Quam ob causam magis magisque indies exar-  
 descere fratrum animi, nec quidquam spirare  
 aut anhelare, nisi aut supremam, sine socio, Po-  
 testatem aut certum bellum, præsentemque per  
 vulnera mortem. Aiebant enim sibi imprimis  
 placere illud Homericum:

ὄντι ἐργασθὲν πολὺν ἰσθμῶν· ΕΙΣΚΟΙΡΑ-  
 ΝΟΣ ΕΣΤΩ.

Regiam dignitatem non solum non ferre supé-  
 riorum, sed nec æqualem. Ut verba conferam  
 in.

In compendium : Illud animorum divortium  
tam valide crevit paucos intra dies, ut jam certa  
staret sententia menti,

*aut solum regnare, aut certa occumbere morti.*

Verum quia ex internecino hoc bello non solum  
regis fratrib. sed & subditis, totique provinciæ,  
prænascenturam certam cladem & pernicienti in-  
fallibilem, viderent Patres Consilarii, existima-  
runt consilio prius omnia quam armis experiri,  
quod Sapientum officium esse, jam olim didice-  
rant à Terentiano Thraseo. In eam spem  
convocatis cæteris Regni antistitibus, fratribus-  
que geminis germanis, propositum solemniter  
fuit, videri omnino esse in rem & emolumentum  
publicum, siquidem uterque aspi-ret ad Im-  
perii gubernacula, nec alter alteri locum dare  
animatus sit, ut quisque pro se & suâ parte pro-  
ferat in medium argumenta & causas, quibus ni-  
sus & confusus sceptro se regio dignum arbitretur.  
Exinde judicatu-ros Judices, Utrum Regem  
salutare? Utrum homago & solemnibus hono-  
ribus prosequi fas sit? Quamquam exasperata  
fratrum pectora vix possent impetrare ab animo  
suo assensum hujus petitionis, tamen post mul-  
tam deliberationem, tandem itum est pedibus in  
eam sententiam. Lecti orant communes Judi-  
ces, & arbitri novæ sed difficilis controversiæ.

B 2

Distri-



Distributi per subsellia Proceres. Commu-  
nis vero plebis tanta affluerat multitudo, ut ip-  
sum quodammodo Theatrum suis sedibus ex-  
citurum videretur.

C A P. III.

Biston argumentis consuet, se præ  
Orpheo dignum esse cui commu-  
tantur fasces Imperii.

**C**onticuere omnes. intentique ora tenebant,  
Inde prior Biston folio sic orsus ab alto.

Quamquam, frater Orpheu, & vos dilecti  
mei subditi, non potuisset animum meum vel  
levissima subire cogitatio, futurum, ut quisquam  
tam foret ab omni ratione, ab omni bonâ mente  
alienus, ut me præter fas, jusque decusque, præ-  
ter ultimam sanctissimi Patris voluntatem, cui  
nemo vestrum est qui non juramento sciens vo-  
lensque sese fecerit obnoxium, me, inquam, im-  
probo & nefando ausu spoliaret sceptro dignita-  
teque debita. Video tamen, & prohi nefas, video  
atque experior non sine intimò pectoris dolore,  
litem mihi cieri ab eo, quem unum ego rebar  
supra omnes mortales mihi fidelem. De te lo-  
quor, Orpheu frater, si modo fraterni nominis  
honorem mereris, qui hostilem animum & ver-  
bi

bis & re ipsa adversus me probas. A te scilicet  
 mihi expectanda erat hæc injuria, tuque unus eâ  
 me hæreditate expulsum extrusumque cupis,  
 quam & coeli fatum, & defuncti patris favor, &  
 populi hujus consentiens voluntas mihi destina-  
 vit. Nunc video per te eò me esse deductum,  
 ut qui sine invidiâ rerum potiri poteram, argu-  
 mentis mihi sit putandum antè, & linguâ prius  
 quam manû vindicandâ Imperii mei libertatem.  
 Verum enim verò, quamquam nec tibi, nec sub-  
 ditis hanc obsequelam debeam, tamen etiam  
 hac in parte morem vobis gessurus sum, ut intel-  
 ligatis non deesse mihi facultatem tam oratione  
 probabili, quam armis asserendi novum hoc me-  
 um regnum. Summa totius discursus illuc redi-  
 bit, ut demonstrè, Nullum præter me neu posse,  
 neu debere salvari sumum Imperatorem. Scitis  
 vos viri subditi, quotquot animis & auribus ade-  
 stis, me à primo vitæ articulo sectatum esse, sim-  
 plicem & planam vitæ rationem: Quam ob cau-  
 sam Parentes mei & vos ipsi me jam olim nomi-  
 nitare consueitis Regem Musicæ Planæ. Scitis  
 etiam hunc ipsum Orphea, ut à simplicitate sic  
 & ab omni fide ac constantia esse alienissimum.  
 Is quia ambages, fallacias, voluptates, levitatem,  
 & parasiticam potius blandiendi consuetudi-  
 nem, quàm virilem, & sui perpetuo similem animi  
 constantiam magnificat; Is quia

Est



*Est leuior foliis, tum cum sine pondere succo*

*Mobilibus ventis arida facta volant.*

*Et minus est olli quam in summa pondus aristæ.*

*Qua levis esiduis foliis usque rigat,*

Idcirco vos ipsi nomen ei fecistis, vocastisq; Præsidem Cantus figuralis. Annon vero tum satis videbor fecisse & meo voto, & vestrae expectationi, si solidis fundamentis & doctis dictis probatum dedero, tantum antecellere vitæ, quod ago, simplicis & planæ genus, id est Musicam planam, alteri illi variabili inconstantissimæ, Figurati scilicet Musicæ, cuius patronus est Orpheus,

*Quantum lenta solent inter viburna Cupressi.*

**I. Arg.** Id vero mihi tam in proclivi est quam imber, quando pluit. Vos modo aures atque animos vestros attentè advertite.

**Excluditur à divinis & sacris reb.** Ut à Diis divinisque rebus auspicer, mirari equidem subit, quam ob causam vetustissimæ consuetudine, & prudenti proavorum nostrorum consilio, è templis, è fanis, è sacrificiis ex omnibus piorum rituum festiuitatibus exclusissimæ esse iussa sit Musica figuralis; solus ego cum meo cantu plano magnificam & dominer? Scilicet videbant Sacerdotes nostri, nostri flamines, & reliqua sanctorum patrum corona, quantà tu impudentiâ, Orpheu, quanta levitate & lubricitate, quam vagabundis ineptiis divinam auctori-

tita.

ritatem, sacrosque ritus conspurcates. Videbant, nisi te è suis templis ejectum irent, parum abfore, quin cum religione nequitas, cum Diis patriis portentosa vitiorum monstra, cum severitate impuram levitatem commutarent. Quis nobis Jovem adulterum? quis Junonem Zelytypam? quis meretricem Venerem? quis Martem mœchum? Mercurium furem? & cõsimilia monstra commentus est, perque ora virum volitare fecit, præter te, tuosque pedissequos Citharædos? Hem vobis, bellum pietatis prostibulum! qui cum nec Deos curarit unquam, nec à Diis unquam sit curatus, ipse tamen curare & gubernare tam elegantem, tam Diis charum populum, impudenter postulat! Eone dementia, aut ut clementius dicam, incogitantia prolabemini, VIRI GRÆCI, ut quem hætenus ne quidem vobiscum rebus divinis interesse voluistis, ejus jam ultro futuri sitis mancipia?

*Dii meliora piis, erroremque hostibus illum!*

Neque ex nostris solum exulat templis hic bonus vir cum suâ Musicâ figurali. Intuemini cæteros mundi incolas ab Eoo adusque Hesperium Solis cubile, ab uno ad alterum Coeli cardinem; nulla est gens, nullus populus qui non simplicitate magis, qui non plano Cantus tenore potius, quam versuta lubricitate, & figuralis modulatione



nis ineptiis, Diis suis ferviat. Regè mehercules  
& optimâ ratione. Oderunt enim Dii versi-  
pellem variumq; animum. Simplex & planus  
semper illis est grata hostia. Est populus extra  
hujus Clima-tis vias, quos à summo Pontifice  
Pontificios appellari saepe ex proavis nostris in-  
telleximus; is ipse populus tam charum me ha-  
ctenus habuit, Musicamque meam simplicem,  
ut absque illâ, neque Missas suas celebret, neque  
Vigilias, neque Litanias, neque Processiones, ne-  
que aliud quid consimilium Ceremoniarum.  
Quod si jam ex Dialecticorum consuetudine  
non quidem argutari, sed argumento deducere  
pergam, eum eligendum Regem, quem Dii ipsi  
ament, quocum conversari gaudeant, cuij com-  
mittant fidei omnes suos honores, Laudes & En-  
comia, quid aliud superest, Viri Graeci, quam ut  
vertici huic imponatis, à Diis ipsis mihi, testina-

*II. arg.* tam Regni coronam? Nunc si porro à divinis  
*ab In-* descendam ad humana, abs quo sperare aut ex-  
*constâ-* spectare habetis tutiorem pacem, firmiorem  
*tia &* concordiam, levissimarum voluptatum diligen-  
*varie-* tiorum exterminationem, quàm à me, meâque  
*tate.* Musicâ planâ? Tanta mihi est animi integritas,  
tam integra vitæ scelerisque pura mens, ut non  
solum non muter in horas singulas instar polypi  
vel protei cujusdam; sed ne quidem ullo un-  
quam

quam ævo, per ullius vim aut gratiam quid-  
quam mihi vel detrahi patiar, vel præter meri-  
tum addi.

*Me mea defendit gravitas,*

*Haut secus ac moles, quã magno murmure fluctes.*

*Oppugnant: manet illa, suãq; est pondere tuta.*

Nunc considerate & probè excutite mihi  
hunc nostrum Orphea, ejusque Musicam figu-  
ralem, quam egregiam ille animi constantiam?  
quam constantem pacem? quæ secula aurea  
nobis vel primâ fronte pollicetur? Non ira-  
cundi Hadriæ fluctus tantâ confusione tamq;  
tumultuario allapsu littora verberant, quantâ  
inconstantia hic & secum ipse pugnat, & cum  
suis ministris, & ministri secum invicem. Ec-  
qui unquam visi sunt vobis, saltem duo Citha-  
rædi, qui non aut strenuo dissenferint, aut al-  
ter ab altero Vatiniano, quod dicitur, odio sic  
habitus?

καὶ πῶς πῶς φθονέει, καὶ αἰδῶς αἰδῶ.

Qui nec ipse secum nec cum aliis consen-  
tire didicit, haut equidem video quo pacto

*Is regere imperio populos, atq; aurea pacis*

*Tempora largiri possit?*

In insano prius Oceano mediosque inter flu-  
ctus citius reperietis

B 8

Uvae



*Uvas nitentes atque factus arborum,  
fiores odoros discolori gramine,*

quàm inter tot instrumenta, tot dissonas Musicorum figuralium voces, Pacem & Concordiam. Dum altera suo intenta est operi, altera saepe suspirat respirando, vel respirat suspirando. Hæc in cœlum usque præ fastu assurgit; illa eodem momento ad barathrum submergitur. Ut haut malè quis dixerit, nec apud Inferos nec apud Superos illis locum superesse, quippe qui omnibus modis dissident ab utrisque. Jam vero quantæ sit prudentiæ,

III. *stul-* quanti iudicii tam numerosum populum feliciter gubernare, & Imperium legibus armisque sapienter administrare, id nemo, ut arbitror, vestrum, Viri Græci, ignorare aut nescire potest. Non equidem ego me magnificè aut gloriose effero, eam tamen vocem ingenua conscientia ex pectore meo exprimit, ut fatear non mihi esse tam inane sapientiæ caput, tam vacuum à cerebro aut rerum experientia, quàm sectatores Musicae figuralis de se ipsis, stimulante animum conscientiam, ultro & apertè confitentur. Nugigeruli meri sunt, nugivenduli, deliratores maximi: Ut verbo dicam, *FANTASTÆ*; quippe qui quidquid componunt, quidquid cantando seu voce seu fidi-

fidibus meditantur, id Fantafiam ipsi appel-  
lant. Quid aliud spirant, quidve obrudunt  
mortalibus, quam phantafmata, diminutio-  
nes, figurationes, fugas, variationes, colora-  
tiones, & id genus insanarum ac delirarum  
rerum delira nomina. His vera invertunt,  
falsa ingerunt, nativam fonorum indolem e-  
ludunt, ineptaq; garrulitate totum inquinant  
orbem. Et quid tandem his suis nugis gerris-  
que germanis efficiunt? Quos fructus hæc ar-  
bor? quam fegetem hæc tellus largitur? Si  
prober omnia atque intimè infpicias, nihil pre-  
ter deficiam, luxumque inertem, nihil nisi in-  
honestas voluptates, illecebras, atque irrita-  
menta vitiorum, nutriculas omnis turpitudi-  
nis. Sub tali Rege videbitis florem vestre ju-  
ventutis, non jam mascula virilitate & strenuo  
robore valituram amplius, sed muliebri mol-  
litie fractam penitus & dissolutam. In viris  
juxta ac foeminis dominabitur lubido, inglu-  
vies, Deorum contemptus. O misera illa  
tempora! O mores perditos!

*Dii tantam avertite pestem*

*Cervici nostræ!*

Quali unusquisque ipse est ingenio, tales quo-  
que suos tum esse putat, tum facere allaborat.  
Dicite mihi, vos ingenua & candida pectora,

ubi



ubnam in omni hominum statu, helluones,  
adulteros, pondera inutilia terræ, quæ nisi de-  
sidiâ & luxu diffluere, nisi fruges consumere,  
nihil didicerunt; Ubi tot reperitis excrementa  
naturæ, (nam ita eos vocare iusta indignatio  
me impellit.) quàm inter Musicos figurales,  
inter Citharædos, Testudinarios, Organistas,  
Tibicines, Fistularios, quib. juxta antiquum

2. unâ verbum,

cum καὶ ἀπὸ τῶν Φυαῶν καὶ οὐ νότον ἐκπύεται,  
efflato Quid mirum, si quales ipsi sunt, tales & Deos  
spiritu, impiè & scelestè fingunt? Hanc suam scabi-  
mens em, quin vobis sint affricaturi, nolite vos du-  
ipsa a-bitare.

volat. O nimium infelicem hanc terram, nimis-  
que dissimilem sui, si tam dispari dominare-  
tur Domino! Cavete vobis, Viri Græci, cavete!  
& omni opera atq; conatu non solum respui-  
te, sed & execramini, & quam longissimè

Hunc fugitote, viri, Regem: latet anguî in herbâ.

De me hoc vobis spondeo, juroq; per Ge-  
nium nostrorum Deorum, per memoriam  
Patris Apollinis, quorum Numina testor, non  
aliter Regiâ potestate sceproq; me usurum,  
quam MORE MAJORUM PRISCA FIDE ET  
VIRTUTE; Vestram Salutem, supremam mihi  
legem;

legem: Vestrum incrementum, unicam actio-  
num mearum metam, unicam curam futu-  
rum,

*Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget  
artus.*

#### CAPUT IV.

Orpheus pro se adversus Bisthonem  
loquens ambit dignitatem  
regiam.

**H**Æc Bisthonis oratio tantum reliquerat  
stimulum in animis auditorum, ut jam  
ferè conclamatum videretur de Orpheo. Pa-  
rùm aberat quin belua illa multorum capitum,  
& pedum strepitu, & manuum plausu, & capi-  
tam nictu, & oris acclamatione iret in senten-  
tiam Bisthonis, & hunc proclamaret regem.

*Qualia succincti ubi trux insilibat Eurus  
Murmur a pinetis sunt: aut qualia fluctus  
Æquorei faciunt, si quis procul audeat illas,  
Tale quid & populus sonuit.*

Conscripti tamen Proceres, explicatis leniterq;  
inflexis palmis, silentium indixerunt, fece-  
runtq; signum, audiri quoq; oportere Orphe-  
ne, non audita parte alterâ, nequiter & inju-  
ste viderentur judicasse. Cœperat paululum  
deservere murmur plebis, & ad silentium sese  
com-



composuerat concio, cum Orpheus in pedes  
 confurgens, composito ad hilaritatem vultu,  
 animoq; (ut videbatur) prorsus defœcato, ita  
 profari cepit.

Præbete & mihi mentes atque aures pla-  
 cidas, ô generosa pectora, vos patres senatores,  
 & vos lecta populi mei coronâ, propago ge-  
 neris, flos hujus ævi; præbere & mihi vacivas  
 aures, dum ea dicendo persequor, quæ partim  
 pertinent ad tutandam avitæ æstimationis in-  
 tegrîtatem, partim maximè faciunt ad utilita-  
 tem, famam, & dignitatem vestram. Si quâ  
 benignitate Bisthoni huic auscultatis, eandem  
 audientiam & meæ orationi accommodare ve-  
 litis, certa me spes tenet, fore, ut fretus probi-  
 tate vestra, & innocentia conscientiæ meæ,  
 hodierno die consequar pulcherrimi facti for-  
 licem eventum. Nihil equidem dubito quin  
 etique vestrum satis superque cognita explo-  
 rataque sit singularis mea erga vos omnes be-  
 nevolentia. Tum porro etiam idem ego mihi  
 polliceor de vobis, deque vestro mutuo erga  
 me affectu, quem instar summi thesauri non  
 injuriâ magni æstimo. Itaque quum uterq;  
 consequuti simus, quod communiter erat o-  
 ptandum, nihil opus esse potest ambagibus,  
 nihil blandimentis verborum ex alto petitis.

Sine

Sine ambitu, sine artificioſo præloquio primo  
 protenus congreſſu invadam in arcem ipſius  
 cauſæ. Hic ipſe Biſthon, quem Cœli & Fati  
 arbitrium ab origine fratrem, nunc hoſtem,  
 internecinum mihi deſtinavit, omnes animi  
 ſui nervos eo præcipuè intendit, ut me pri-  
 mùm vobis faciat inviſum, poſtidea velut ira-  
 tus aliquis Jupiter, fulmine & virulentia ora-  
 tionis ſuæ de legitimo & hæreditario ſolio pa-  
 terni Imperii

*Sternat humi, & procul ad Tartura deſiciat.*

Ea injuria quod non muſſitanda, ſed ſedulo  
 mihi vindicanda ſit, vos ipſi facile poteſtis in-  
 telligere; egoque maximè neceſſarium eſſe  
 vel idcirco exiſtimo, quòd eo inſidioſius illius  
 tollutiloquentia nocere videtur, quia plauſi-  
 bili veritatis prætextu fucum facit imperitis,  
 veluti venena vino mixta pernicious pernicio-  
 ſiusque graſſantur. Ne vos in primo aditu  
 diutius morer atque detineam, eo præcipuè  
 cardine vertetur mea oratio, atque hic erit hu-  
 jus diſcurſus ſcopus, ut demonſtrem non Mu-  
 ſicam planam, Biſthonis pupillam, ſed Figu-  
 ralem, quæ mihi curæ coridque eſt, cujus ego  
 dicor Induperator, unam ſolamq; dominari.  
 Hanc Reginam eſſe, illam vix pediffeque aut  
 ancillæ nomine dignam. Itaque ad me, ad

ſit,



me, inquam, solum & unum pertinere privi-  
legia & dignitatem majestatis Imperatoriae.  
*i. Con-* Principio flectite quæso capita sursum, & at-  
*firma-* tollite oculos vestros: Excitate mentem ad  
*zio à* cogitationem supremi illius theatri, pulcher-  
*cele-* rimi illius laquearis, quod toti mundo immi-  
*stibus* nens, non tantum videndi aciem, sed & natu-  
*motib⁹* ræ ipsius limites claudit. In eo lucidissimi ci-  
*petita* ves astrici: fulgentissimorum syderum tam-  
 fixorum quam errantium innumerabiles co-  
*Motus* hortet: In eo admirandæ compages & con-  
*syderū* clavia orbium ac sphaerarum, quâ lege & ra-  
*harmotione* æternos illos suos motus reciprocant,  
*nici.* constantissimos cursus eundo & redeundo  
 peragunt, nisi beneficio Harmoniæ, concord-  
 iæ & consonantiæ? Non me pudet profiteri,  
 & ingenium verbum effari, Musicam har-  
 monicam gubernare ipsas stellarum rotatio-  
 nes, & æternis ignibus leges præscribere. Non  
 sunt fabulæ quas commemoro. Ipsi vestri  
 proavi ita litteris & monumentis tradiderunt.  
 An nescitis summum illum hujus patriæ Phi-  
 losophum Pythagoram, tam fuisse amatum,  
 charumq; superis Deorum & imis, ut etiam  
 corporeis auribus potuerit usurpare suavissi-  
 mam harmoniam Musicam orbium cœlestium;  
 quæ si vestras aures subterfugit, credite non  
 aliunde

*Har-*  
*monia*  
*Musica*  
*Orbiū*  
*cœle-*  
*stium*  
*à Py-*  
*thagoro*  
*agnita.*

aliunde fieri, quam quia sensus perpetuo & universali sono assueti, vel non agnoscunt eum, vel potius non discernunt, aut curant, veluti scimus accolae Cataduparum Nili jugi & indefinenti aquarum prolapsu assuefactos, murmur illud, strepitumq; quotidianum nihili facere, & ferè non persentiscere. Nolite tam averfi esse, ô boni, ab omni ratione, à vestra ipsorum salute, ut quem cœlum ipsum & cœlestium corporum exercitus gubernatorem, antistitemq; agnoscit; ad cuius sese nutum æther ipse componit, eum vos iniquè & refractariè respuatis, propulsetis, àque possessione debita patrimonii deturbetis. Et quid ego *Con-* de Cœlo solum dico? Reliqua totius universi *clusio* machina, numquid non stat & nititur impri- *ex pra-* mis meis legibus? id est, concordia discordiâ *missu.* & harmoniâ contrarium naturarum? Super- *2. Con-* pera cum infimis, media cum utrisq; admira- *firmatio.* bili consonantia conspirant & consociantur. Nullus est naturæ angulus in quo non potentia mea, meæ vires, meum imperium vigeant & dominantur. Nihil nec supra nec infra clarissimum illud jubar patris nostri Apollinis, quod favore & adminiculo meo carere velit aut possit. Vos soli degeneribus animis vos metipfos segregabitis à communi societate.

C

uni.



3. *Con-* universæ naturæ? Atque utinam oculis istis  
*firma-* intueri vobis licerēt (quod si oculis saltem co-  
*sio,* gitationi non est prohibitum) pulcherrimam  
 animorum vestrorum, vestrique corporis fa-  
 bricam! Illic demum cerneretur expressissi-  
 ma vestigia admirabilis & divinæ harmoniæ.  
 Summus ille gentis nostræ & communis Præ-  
 ceptor Plato, non dubitavit animum vocare  
 numerum harmonicum seipsum moventem.  
 Musica, inquam, figuralis in animæ facultati-  
 bus elucet; in corporis partibus fulget; in  
 æctionibus ab utrisque profluentibus splendet  
 instar clarissimi syderis. Istæ cum illis, hæ cum  
 ambabus ita consonant, ut totius hominis  
 genius nihil aliud esse videatur quam elegans  
 & concors harmonia, quæ quamdiu indivulsa  
 irruptaq; perseverat, tamdiu homo benè pro-  
 sperèque habet. Eadem abactâ propulsâque,  
 omnis integritas simitu labascit & prosternti-  
 tur. Consimilem harmoniam nemo tam  
 4. *Con-* stupidus est, qui non queat agnoscere in omni-  
*firm,* bus Rebus publicis, Imperiis, Regnis benè con-  
 stitutis. Superiorum & inferiorum ordo;  
 dominantium & imperantium varietas; ho-  
 nores, præmia, officia, imo ipsæ etiam pœnæ  
 certa proportione distributæ per cives & sub-  
 ditos, quid aliud sunt quam concors harmo-  
 niæ.

nia figuralis? Non equidem sum nescius, cum *Obj.*  
 quem mox laudavi, gentilem nostrum Platonem hæc proportionum discrimina ex sua  
 Republica exturbasse, & illarum loco æqualem planamq; introduxisse ideam, ad nutum  
 & placitum hujus Bithonis. Sed & illud non  
 ignoro, nullam hactenus repertam gentem, *Solut.*  
 nullam civitatem, quæ voluerit, imò multo  
 magis quæ potuerit cum gloria aut emolumento suo, absurdæ illi simplicitati & formæ  
 sese submittere. Quid opus est pluribus? si  
 nec animi, nec corpora vestra, si nulla sub æthere natio tam barbara, quæ non lubens  
 volensque me sibi suæque Rep. voluerit præfectum; quæ non meis Legibus & favori salutem  
 suam acceptam ferat, putatisne me exultante aut repulso illam vobis regnove huic  
 prosperitatem superstitem fore? ullam felicitatem sperari nepotibus vestris posse? Jam si  
 ire lubuerit ab universis ad singula & animi *s. Confirma*  
 considerationem propius applicare suū quisque ad genium, Conscientiam vestram interrogo,  
 Viri Græci, annon animus vester, quam barbarus etiam sit, symphoniis meis suavissimis, seu  
 animetur ad virtutem, seu ad honestam hilaritadinem excitetur, seu quocunque  
 tandem modo delectetur? Tantum mihi à

C 2

Diis



Diis potestatis concessum est, ut etiam ipsos mentium vestrarum affectus & motiones flectere atq; temperare queam pro arbitrio. Si lubuerit, hilaritudine ipsa faciam vos hilarios. Si lubuerit, protenus pulsa latitiâ efficiam ut etiam inviti lacrymas emittatis cum gemitu. Ut modo irati, modo indignantes, austeri, blandi, placabiles, flebiles extempulò sitis, id omne in meâ est manu. Hanc laudem neq; ipse noster Plato mihi invidit. Faretur enim meâ esse professionis, turbulentas animi corporisque periodos, Musarum & gratiarum penuria per insolentiam lascivientes, iterum revolvere reducereque decenter. Numquid

*Plu-  
tarch.  
de Ale-  
xand.  
M.* non legistis quod gentilis noster Plutarchus de Alexandro Magno scripserit? Ad ejus Alexandri mensam cum Timotheus caneret Orthium, Regem repente tanquam insanum statuit in pedes, coegitque ad arma proficere.

Rursus remittente cantu, continuo & Regis *Histor.* remisit affectus. Memorabile est, quod nuper *Citha-* ad aures nostras pervenit de quodam Septentridionis Rege. Fortè meâ artis non inficetus *Eric.* Il aut degener assecla, sermonem sociaverat cum *Dania* Amulis aulicis super excellenti virtute, & potestate admirabili Musicæ harmonicæ: quâ *Regi.* fretus professus fuerat sese homines posse vel

in.

in furorem pertrahere. Rex novitate rei motus, jussit specimen edere professionis. Annuuit ille, Et ne qua daretur anfa nocendi, rogavit prius omnia efferrī arma; certisque abscondi locis: sed & apponi custodes, qui audito tumultuantium strepitu, irrumperent, arreptamque Citharam illiderent capiti; ne & ipsi agerentur in rabiem: reliquos vero arcerent à verberib. mutuis. Principio inusitatae severitatis edidit concentum; quo auditores in stuporem mœroremq; sunt conversi. Post hinc ad eò suave & jocundum cecinit, ut mutato animo gaudium proderent etiam externis gestibus & corporis hilari agitatione. Tandem acrioribus modulis concitati cœparunt vociferari & tumultuari. Erumpunt custodes, ut furentem cum aliis regem contineant. Sed ille effractis atrii foribus arrepto ense trucidavit quatuor validos viros. Vix tandem pulvinarium mole undique obrutus potuit contineri. Ite jam, MEI GRÆCI, & nostram spernite potentiam, nosque negate fatale syderum destinatione natos, ad imperandum; qui non corporibus solum vestris, sed & animo, animiq; affectibus leges & modulum ponere didicimus. Et v. humanis solum animis? Imo etiam bestias, quæ rationis usu carent.

C3

imo



imo lapides ipsos vitæ pariter & motus vacuos quis neget me posse Musica meâ harmonicâ non solum movere, sed & animare, & ducere quo velim. De Amphione historia est toto notissima celo,

*Histor.*  
*Amphionis.* Dicitur & Amphion Thebano conditor urbis. Sexa movere sono testudinis, & prece blandâ. Ducere quo vellet.

*Orphici.* Orpheus arbores cum insidentibus volucris, & circumstantibus feris ita permulsit blandissimo Cytharæ strepitu, ut etiam cum interiori lætitiâ externorum membrorum gaudium videbatur consociari. Quis vestrum nescit Delphinum, Arionis per æquora vectorem, solius Lyræ sono permotum non solum humeros præbuisse ferendo charissimo oneri, & aures hauriendo suavissimo concentui, sed & tutò, securò, atque ab omni immunem periculo, in littore stitisse Canentem suum vectorem. Absit, charissimi mei, ut stupidis brutisque animalibus futuri sitis pejores; ut divortium facere velitis cum eo, quem illa tunicè amant, suspiciunt, venerantur. Srauderem, dicerem etiam ipsos Deos inferos potestati mearum virium non esse exemptos, quis mihi obedire etiam ingratis. Orpheus Eurydicem uxorem Citharæ sono ex mortuorū  
Repub.

Repub. reduxit ad vivos. Dicerem ipforum  
 etiam morborum, qui corpora affligunt, invi-  
 diosam tyrannidem non solum à meâ Musica  
 insigniter temperari, sed etiam penitus abo-  
 leri. Testes mihi erunt Medici, qui creberri-  
 mè Insanos, Melancholicos, à venenatis be-  
 stiis primorfos solius Harmoniæ beneficio re-  
 duxerunt ad integritatem pristinae valetudinis.  
 Non ego tam sum nequam aut scelestus, quàm <sup>Prapa-</sup>  
 hic Bisthon falsiloquis suis logis, & consutis <sup>ratio</sup>  
 mendaciis me depingere annisus est. Facile <sup>ad re-</sup>  
 est convitia fingere, & injuriarū portenta evo- <sup>lutati-</sup>  
 mere in virum etiam optimum. Hoc quanto <sup>onem</sup>  
 quis gnavius facit, tanto vos eum judicate im- <sup>argu-</sup>  
 pudentiorem, & ignaviorem. Est mihi, Diis <sup>men-</sup>  
 gratia, mens conscia recti, est animus æquus, <sup>torum</sup>  
 & generoso excoctum pectus honesto; Itaq; <sup>Bistho-</sup>  
 ejusmodi cavillis haut multo magis moveor <sup>nū.</sup>  
 quam ab insanis Oceani fluctibus Marpesia  
 cautes, dummodò re ipsa atque opere ab iis  
 studeam abesse quam longissimè. Sed ut &  
 vos intelligatis (quorum præcipuè causâ jam  
 dico) illarum vanitatem, ne quæso vos pigeat  
 exiguo adhuc tempore aurium atque animo-  
 rum favorabilem operam mihi indulgere.



## CAPUT V.

Orpheus responderet ad Calumnias  
Bisthonis.

*Respon-*  
*detur*  
*ad pri-*  
*mam*  
*Bistho-*  
*ni ob-*  
*jectionem.*

**N**AM quod in primam aciem, velut arietem robustissimum, produxit, scirpeum prorsus telum est, & non dissimile telis atque lanceis murium ranarumq; quibus usa olim leguntur hac animalcula apud Homerum. Dii me, ait, è suis coetibus, convivis, sacrificiis eiecerunt, iusseruntque esse exclusissimum. O caput elleboro dignum! ô impudentissimum os! Mene, meamq; pupillam à cœlitibus negligi, odiove haberi? Ecquod ullam vel in cœlo vel inter mortales epulum celebrare Dii leguntur apud nostros sapientiæ antistites & promos condos, ubi convivantibus non astat Cantor aliquis, lyra aut fidibus perfonans? Quis Hymnos in Deorum laudes canit? Quis Deorum facinora & memorabilia facta, perennia facit, atque immortalitati consecrat? Clientes mei, Poetae & Musici. Frustrane putatis Lyram etiam in limpidiſſimis cœli tentoriis, inter cives astricos permanentem sedem adeptam? Nisi de Diis optimè esset merita? Diisque fuisset charissima? Musicam meam præcipuè conjunctam esse cum honestà animi

animi recreatione, gaudio & lætitiâ, & vos ipsi  
 scitis, neq; ego eo inficias. Deorum vero &  
 Cœlestum omnium beatissimam vitam, existi-  
 metis vos tristitia potius, & mœstitudine in-  
 quinari, quàm deliniri gaudio? Quidni ergo  
 cordi illis & curæ quoque sit mea Musica? ex-  
 adversum, tristis illa & lugubris ejulatrix Mu-  
 fica plana, odio, horrore, & abominationi?  
 Velut tristitudo animi & Melancholia, balneû  
 est horrendi Cerberi: Ita abeat Bisthon noster  
 ad inferos cum suo querulo ululatu; mihi su-  
 peras relinquat sedes. Istic forte stabile inve-  
 niet stabulum & gratum diversorium: Diis  
 superis & majoribus nimis quam est invisus;  
 qui non magis illum amare, quam Diis inferi,  
 obscuritatum, & tenebrarum incolæ, tristitiæ,  
 & anxietatis patroni me meamque ingenuita-  
 rem & generositatem ferre possunt. Audio  
 mihi opponi consuetudinem Christicolarum  
 gentium, quibus exosus sum ego; apud quas  
 Bisthon in honore & cultu maximo. Nimis  
 oportet eum esse impudentem, qui hoc asse-  
 verat: aut stultum & imperitum qui credat.  
 Quin ego certâ historiarum fide edoctus sum,  
 & non vanâ oculatorum testium relatione,  
 apud eos homines vel maximè florere, & ad  
 miraculum usq; excultam esse Harmoniarum



Scientiam. Nullum illi Diis suis sacram celebrant diem, absque admirabili Organorum, Tibiarum, Chelidum, vocumq; assatum Symphoniâ. Nullum absque iisdem hymenæum. Imò nullum ne convivium quidem, in quo non Vino conjuncta & contemperata Musica figuralis suavissimâ concordia maritetur. Appage naniâs istas, & inania Mendaciorum. Diis pietas mea. Et Musa cordi est. Haut multo validioris momenti & illud erat quod de inconstantia meâ blateravit. Egone an vero ille, meine an illius sectatores, discordiam ament & inconstantiam, ipsi velim, æqui Judices, existimetis. In Cantu plano, quis anquam vel micam Consonantiarum, vel guttam concordantium vocum observavit? Annon ridetur, chordâ qui semper oberrat eadem? Potestne in uno aliquo quasi noctuæ sono & ululatu, harmonia esse? Nos vero Harmonici numnon, animo, voce, manibus, pedibus, omnibusque instrumentis ita conspiramus, tanta concordia coimus, ut seriò dubites unumne audias, an diversos. Hæc demum admirabilis est concordia, tam dissonantes voces ad amicam auribus, & animo acceptabilem temperiem posse reduci. Fateor in hoc concentu varia esse vocum discrimina, elatarum, humilium;

Ad II.  
objecti-  
onem  
Bistho-  
ni re-  
sponso

lium; nonnulla quoque quiescendi tempora.  
 Sed ea gratiam non extinguunt, verum affe-  
 runt: artificium non obliterant, sed illustrant:  
 aures non lædunt sed recreant: animum non  
 quatunt sed mulcent. Et lubenter & merito  
 meis pupillis concedo ut interquiescant in-  
 terdum; Quod caret alternâ requie durabile  
 non est. Qui absque intermissione & quiete  
 bestiam ne dicam hominem exercet ille Ty-  
 ranno quam benigno Regi est similior. Ut vel  
 hinc conjectari valeatis, mei Græci, qualem sitis  
 habituri Dominum, si rerum potiturus erit.  
 Bisthon. Incusamur porro, si Diis placet, stu-  
 piditatis: vocamur Phantastæ, nugivenduli.  
 Ego vero in laudem multo magis quam in de-  
 decus traho, ingeniosam inveniendarum can-  
 tionum promptitudinem. Nullibi magis spe-  
 ctatur mentis vigor, Nullibi apertius elucescit  
 Enthea vis animi quam in erudita, conveni-  
 ti, & delectabili compositione Harmoniæ ali-  
 cujus. Surgat aliquis tuorum simplicistarum,  
 Biston, surgat vel unus è primatibus tuis & his  
 se præstet virum. Nimirum quid aliud estis  
 quam Asini ad Lyram, & Boves ad Cytharam?  
 Titillat te quidem, & plusculum cum nostro  
 contemptu oblectat nomen Phantasiæ, sed ne-  
 scis Phantasiam unam esse è duobus mentis  
 nostræ

Ad III.  
 Objec-  
 tionē  
 Respon-  
 sio.



nostræ? esse particulam divini igniculi à Divo  
 Prometheo nobiscum communicatam? Quidquid egregium & laude dignum, illud ab  
 Phantasia prognascitur. Nostræ illæ cantiu-  
 culæ ingeniosæ, non minus ex Phantasiâ hu-  
 manæ rationis profiliunt, quam Minerva ex  
 Jovis patris cerebro. Atque hinc à genitili  
 loco, à primo patre nomen & titulum iis in-  
 dimus. Postremò neque illud diffiteor, affe-  
 ctionē  
 respon-  
 sio. clas meos nonnunquam in voluptatem illicitam  
 ferri. Ergone ob abusum, quo scelesti  
 quidam & nefandi homines conspurcant ar-  
 tem excellentissimam, ea ipsa damnari & pro-  
 fligari cerneretur? Iccircone ego, & pupilli mei,  
*quos aque amavit*

*Juppiter, atq; ardens exivit ad aethera virtus,*  
 igni pariter & aqua interdicendi, ex omni bo-  
 norum societate proscribendi erimus? Ego  
 vero imprimis defraudandus Regio diadema-  
 te? quasi

*Parentū olim impiâ manu senile gut-  
 tur fregerim?*

Quin eodem mactas & multas in fortunio  
 temetipsum, qui quotidie abutens, Solis pa-  
 tris splendore, Dianæ humore, Bachi liquo-  
 re, aeris repore, foeminae tuæ decore; ut ver-  
 bo dicam, omnibus illis, quorum indulgenti-  
 am tibi concesserunt,

Dii

*Dii patrii, & nostræ clarissime numina Terra.*

Honestæ voluptas, quæ comitem agnoscit animi integritatem, morum vitæque laudabilem honestatem, ea suprema meta & ultimus terminus est nostræ professionis. Eam & mihi ab primis incunabilis habui commendatissimam, & impofterum colam, quoad mortalibus interesse me patietur Deorum nostrorum Benignitas. Non detinebo vos diutius, amicissimi mei Græci, ne Orationis prolixitas tædium potius vestrum, quam assensum mihi lucretur. Illud supremum esto, Nullam vobis sperari posse vel vitæ tranquillitatem, vel ORATIONUM actionum fœlicitatem, vel ingenuam animi TIO. aut corporis recreationem, vel ullam rerum prosperitatem, nisi abdicato hoc misero Bisthonia, me vestræ salutis antistitem, & hujus provinciæ supremum Induperatorem esse volueritis, concluderitis, juraveritis. Ita Orpheus

*Conticuit tandem, fœtoq; hic sine quievit.*

## CAPUT VI.

Judicium postrema sententia, Belli auspicium.

AT vero conscripti patres consilarii, cum jam prolixè intellexissent tam Bisthonia quam



quam Orphei, splendidas declamationes, quibus quisque omnes animi nervos intenderat, ut in suam auditores adduceret sententiam, qui finis esse solet & supremum votum Oratoribus, tum nihil aliud sibi superesse viderunt, quam ut causâ utriusque benè librata & perpensâ ferrent iudicium & assignarent alterutri fratrum desideratam Imperii purpuram. Sed quia

*Jam labor exiguus Phæbo restabat, equique  
Pulsabant pedibus spaciū declivi Olympi,  
Jam Sol pronus erat reclinatumq; petebat  
Hesperium cœmone fretum,*

itaque protollendam iudicarunt rem in diem sequentem. Et hoc quidem pacto dimissa est concio,

*Δὴ τότε κακείοντες ἔβαν οὐκὸν δε ἑκάστῳ.  
(i.e. tunc dormituri iiverunt Domum unusquisq;)  
Ἡμεῖ δ' ἤελγύεια φάνη ροδὸ δάκτυλῳ ἡὼς  
Ἡέληρος δ' αὐόρροσε, λιπῶν πῶθεικαλλεία λίμνίω  
Οὔραν ονεσ πολύχαλλον, ἰν' ἀθανάτοισι φαείνη  
καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ὅτι ζεῖδ'ωρον δέξεται.*

Vel si latinè melius quam græcè scitis.

*Postquam sydereos aurora fugaverat ignes  
Et croceū innecta rotū adduxerat orbi*

*purpu-*

*Purpureos Phœbi radios, jamq̄ aureus ipse  
Sol caput extulerat totumq̄ emoverat orbem.*  
tum Judicium universa corona convenire iterum, & ad solitum coire locum, spe certâ freti, sese finem jam tandem daturus difficili illi controversiæ. Principio accuratè ruminare, & examinando ponderaretam Bistonis quam Orphei argumenta; quorum tamen omnis summa illuc redire videbatur, quod iste nuda & intemeratâ simplicitate, hic speciosâ elegantia potissimum niteretur. Quemadmodum in omni ferè humanorum conatum opere, diversa spectantur ingenia; quod huic placer, id displicet alteri: Et nusquam ac nunquam voto vivitur uno, sic inter Consiliarios erat, qui à Bistonis: erant, qui ab Orphei partibus starent; Illis nuda simplicitas, his ornatus & varietas placebat magis. Quid multis? Calculorum ab utraque parte par numerus, & vôtorum æquilibrium non permittebat uni soli addicari Imperium. Interea par fratrum avidissimo pectoris desiderio expectabat optatam sententiam consimili appetitu, quo siti, fervore ac lassitudine plenus viator, ferrus insuavissimum haustum frigidi & sapidissimi Liberi. Ut verborum faciam compendium; Non poterant illi, tantas componere lites.

Ita.



Itaque retulerunt ad fratres, nescire se salutaris consilium, quam quod pridem dederant. Eandem adhuc stare sententiam menti, Utrumque ex æquo admitteadum & admoventum Regni fascibus. *Non hac sine numine Divum evenisse.* Calculorum æqualitatem, occulto & sapienti Deorum consilio, cum Beati parentis syngraphâ conspirare. Placere illis debere quod superis placeat, quibus pugnare & impium sit, & valde periculosum. At vero fratres, cum se ludos fieri, suosq; orandi & declamandi labores frustra haberi animadvertent, dici non potest quantoperè animo inflammati, & pectore exasperati fuerint. Jurasses illos exiisse de potestate mentis. Haud multum aberat quin totum Judicium manipulum facto impetu, parum benignè aut decorè exceperent, nisi hic illorum furor represus fuisset blandis nobilium precibus. Istic nihil ingeminari audisses præter hæc Maronis carmina.:

*Sed mihi vel tellus optemprius ima dehiscat,  
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,*

*Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,  
ante ego quam socium Regni feram.*

Ita gliscebant in discordiam & implacabile odium,

odium pectora non fratrum tantum, sed & subditorum ac incerti vulgi, quod scissum in contraria studia partim favebat Bisthoni, partim Orpheo.

*Non aliter quam cum summi circumlit a tædis*

*Admoras rapiunt vivacia sulphur a flammis;*

*Aur veluti stipule demræ adolentur aristæ:*

*Vel facibus sepes ardens quas sorte viator*

*Vel nimis adinovit, vel jam sub luce reliquit,*

*Sic plebs in flammis abiit; sic pectore toto*

*Uratur, & favum nutriti malesuada furorem.*

Tandem eò deventū ut obortâ seditione, universus populus secederet in factiones. Quilibet fratrum magno affectu hortari subditos & bonis verbis promovere, ut secum facerent Paratum se esse etiam spiritum & animam ponere in gratiam illorum. Alterum flammis & ferro esse perdendum; quippe qui gestiat turbare pacem publicam & communem Regni tranquillitatem. Ita Bisthon, ita Orpheus pro sese quisque adversus alterum fari. Interea cives catervatim concurrere, alii Bisthoni gratificaturi, alii Orpheo. Nec mora; intra non multorum dierum spacium, bipartitò divisa fuit, & per discordiam in duas factiones sequestrata tota Græcia, quæ tot seculis sub uno Rege concordii unanimitate floruerat.

D

CAPUT



## CAPUT VII.

Denunciatur bellum per Feciales,  
Recensentur milites Bistho-  
nis.

**N**ovus hic, novæ & infœlicis seditionis tumultus, quia crevit in horas & dies singulos, non potuit tandem in plenum perfectumque bellum non adlescere. Ut enim fumus igni proximus, ita sine bello & pugna difficulter extinguitur odii & discordiæ implacabilis ardor. Jam ab utraq; parte cœperant sese ad bellum componere fratres germani gemini: Uterque militiae ducés, arma militemq; Græcum subditum sibi prospicere & conquirere pro viribus; tum nihil superesse, quam ut missis legatis & præconibus Bellum indiceretur hosti. Continuo Orpheus Fecialem aliquem, & viros primorum principes delectos, Versus Bisthonem mittit,

*Ei jubet sententiam ut dicant suam.*

*Si sine vi & sine bello velit Regnum tradere, & se sese volenter abdicare. Se quieturum extempulo, neque molestiæ quidquam daturum amplius, exercitum illico abducturum; pacem atq; ociuum concessurum. Sin aliter fiet animatus, neq; det qua petat, sese igitur conclusisse summâ vi,*

vi, virūque & armatā manu illum invadere ;  
 quod occupat oppidum expugnassere, & suā i-  
 psū manu obruncare. Hæc ubi ordine Bi-  
 sthoni iterarunt quos præfecerat Orpheus,  
 magnanimus vir fretus virtute & viribus, su-  
 perbus nimis, ferociter legatos increpat ;  
 Respondet, Nullā ratione se alii permissarum  
 Diademā ; moriri se malle pessimo letho, bello &  
 se & suos tutari posse ; proinde uti properè rebi-  
 rent, & de finibus suis deducant exercitum.  
 Hæc ubi legati retulerunt Orpheo, cœpit is  
 ita rem suam disponere, quasi qui vel citam  
 pulcrāq̃; mortem discuperet per vulnera  
 petere, vel latam & optabilem victoriam adi-  
 pisci. Forte non ero vobis facturus rem in-  
 gratam, si recensuero quibus quantisq̃; uter-  
 que Dux militibus instructus ad bellum pro-  
 cesserit. Exercitus Bisthoni ( quem intelle-  
 xistis fuisse Regem Musicæ planæ ) constabat  
 duplici hominum genere ; alii gentiles illius  
 erant, id est Græci, alii Peregrini. Nam post-  
 quam non per Hellada solū, sed in omnes  
 terræ angulos dispaluerat tam furialis & in-  
 fausti belli fama,

*Fama, malum quā non aliud velocius ullum  
 mobilitate viget, viresque acquirit eundo.*  
 tum protenus illuc confluere & turmatim.



advolare cœpit maxima omnigenū gentium  
 caterva, Germanarum, Italarum, Gallicarum,  
 Hispanarum : non aliā finiquam (quod so-  
 let his rebus fieri) ut vel gloriam nomenque  
 quærent; vel opimā diviteq; prædā onusti  
 reverterentur ad suos : vel exterarum regio-  
 num genium, hominumq; mores pernosce-  
 rent, ad exemplum Homerici Ulyssis. Igitur  
 scitote Bisthonis universas copias distributas  
 fuisse in tres Legiones (quarum milites, ut  
 dixi, partim Inquidinerant parum Exotici) :  
 Unam Assam seu vocalem : Unam Organicam  
 seu instrumentalem : unam Heterogeneam.  
 Omnes vero non tantum simplici planoque  
 amictu induti incedebant, sed & armis ute-  
 bantur minimè operosis, & profus simplicibus.  
 Erant illa efformata in modum clava-  
 rum, quibus caput quidem quadratum, cauda  
 vero & manubrium capite haut multò tenui-  
 ora pauloq; longiora ex nigerrimò ebena af-  
 fabrè elaborata. In phalange assâ, qui erant  
 milites, (hi scilicet solâ voce norant juvare  
 rem Musicam) eos per cohortes millenariâs  
 dispositas jussit Bisthon in primâ acie confi-  
 stere, & frontem facere totius agminis ; E-  
 rant autem cohortes quinq;. Primam con-  
 stituebant sacri ordinis homines, quos officii  
 ratio

*1. Co-  
 hors  
 vocali-  
 um.*

ratio jubet in Templis exercere Cantum pla-<sup>Homi-</sup>  
 num & choralem. Hi partim Græci & Eth-<sup>nes Ec-</sup>  
 nicorum sacrorum antistites, partim Exteri<sup>clesia-</sup>  
 erant Itali, Galli, Germani, eorumq; alii raso<sup>fici.</sup>  
 quidem capite, & cucullis involuti; alii pileis  
 pallisque quasi Philosophicis; alii plicatis to-  
 laribus ad pedes propendulis, imposito capiti  
 operculo prorsus ad eam faciem, quâ olim  
 solebant Athenis esse matula & trulla Ancu-  
 nularum. Tum insuper viris his se adju-  
 xerant Religiosæ quædam feminae, quæ & i-  
 psæ edoctæ solitaque erant simplici animo &  
 voce, sacra canere. Itemque decem manipuli  
 puerorum, quorum nonnulli per vicos &  
 compita currentes (unde & nomen accepe-  
 runt) Psalmos canendo stipē ostiatim consu-  
 rant colligere. Sacrorū hominum universam  
 hanc legionem, non nisi unus ducebat vexil-  
 larius, ferens signum ex rubicundâ syndone,  
 incujus mediâ areâ depictus erat NUMMUS  
 AR GENTEUS percussus, cum hac inscri-  
 ptione, HUC USQUE VEL ANIMAM.  
 Secunda cohors constabat ex plebejo homi-<sup>II. CO-</sup>  
 num genere, quos operarios aut mercenarios<sup>HORS</sup>  
 solemus appellare, mercede quippe condu-<sup>opera-</sup>  
 ctos ut manu operentur. Venerant etiam<sup>rietas</sup>  
 hi adjutum Bisthonem, non prorsus ignari



Musica simplicis & minimè fucata, quam jam à teneris & amare & exercere coeperant inter improbos labores, & opera quotidiana: Vidisses hinc sutores, sartores, fabros, pelliones, agricolas, frondatores: sed & de foemineo genere, netrices, lotrices, nutrices, gerulas, quibus solemne est cantando frangere & emollire radium molestiorum laborum. Etiam his praibat signifer cum vexillo lineo candido, in quo ex nigro filo acupica erat arbor maturis pomis admodum praegravata, cujus ramos onere incurvos sustentabant aliquam multi scipiones, & lignea fulcra. Inscriptio erat talis; **ONERI SOLAMINA NOSTRO.** Tertia non mascula sed tota foeminea erat cohors. Agnovisses primo aspectu neptes Venereas, & Divi Cupidinis mancipia. Aliae quidem corpore admodum eleganti, vultu venusto, sed honesto, totae pulchellulae & lactae; aliae facie minus decenti, minusque severa, fucis & pigmentis incrustata, aspectu vagabundo, gestibus indecoris, habitu levi & fluxo, & prorsus ad lubricitatem composito. Ultraeque amorundas se vocabant; solitae flexaminae vocis suavitate, & delectabili cantillandi dulcedine viros juvenes allicere, adigereque ut sese amant: Harum signum erat Syren una e marinis illis Ulyssae

III. CO  
HORS  
fami  
nea.

Ulyssi probè cognitis monstris, additâ inscriptione, HOC OPUS; HIC LABOR EST. Penultimam cohortem faciebat miscellanea IV. CO. quædam hominum farrago, juvenum, senum, HORS. mulierum, virorum; quorum quamvis satî ingens confusio & inordinatus ordo, poterant tamen diversæ nationes haut difficulter internosci ab eo, qui non nimis rudis foret, aut imperitus mundi incola. Id omnibus quidem commune, cantu & vociferatione juvare rem Bisthonis; peculiare tamen erat singulis, proprium quid & privum sonare. Si verbo me rem eloqui vultis, Præcones erant, qui per plateas & vicos obambulando clamore notabili vel merces suas vendibiles civibus denunciant, vel ab iis aliquid petunt. *Non mihi si lingua centum essent ora que centum.* omnia vobis narrando possem enumerare. Ex Tribus solis nostræ oræ urbibus, non obscuris, ultra tria millia capitum, hujus quidem professionis, illuc confluerant. Scio vos scire velle, ecqui etiam à nobis, & nostrâ celeberrimâ Hamburgo eò venerint? Venit, *μοι τὸν ἡγεκλέα*, integer manipulus, è quo si non omnes sed præcipuos solum nominaros vobis dederò, per vestram benevolentiam mihi, quæso, condonate. In tantâ enim &



ram copiosâ hominum multitudine, quâ fieri  
 potest ut unus omnium appellationes me-  
 moriâ retineat? Ne vos me existimetis The-  
 mistocli similem, aut Cyro, quorum hic om-  
 nium suorum ducum & milium, ille civium  
 & subditorum nomina memoriter dicuntur  
 tenuisse. Venerant, igitur, à nobis, in iudicium No-  
 ctum abulo ille: Wynn Heren lathen yuw sa-  
 gen / de Klocke hefft Zern geslagen / Gehet  
 tho yuw Frier vund Licht / dat yuwem Robe-  
 neen Schade schickt: Tum porro garrulus  
 & malè ferriatus praco auctionum, Roepstide  
 vmb Geldt / Mader nicht / Mader nicht / die  
 Marck twee Schilling: Höret dar wol medt.  
 Dehinc seruus subbasilicanus: Höret tho gy  
 guden Börper / hyr ys ein Bade de wil reis-  
 sen / &c. Alii suas singuli cantunculâs ad  
 unguem sciebant personare, quales erant hu-  
 jusmodi, Halet witt Sandt / witt Sandt / witt  
 Sandt. Scheer schliep / Scheer schliep. Hale  
 Musseln by dem olden Krahn. Brille /  
 Brille / Brille / vör de quade Gesichte. Kraut  
 sör die Kotten vund die Mauf. Hehe buncken  
 Knaken. Schorsteinfeger. Will gy Weiten-  
 mehl / Boekweitenmehl. Wyll gy Vincketer-  
 nackel / Petersfügen / Nege Sippeln. Salath /  
 Radys / Crancmeis / Andriwen / Urschocken.  
 Wyll gy

55  
 Wollg. Kressen/ Bohnen. Schwefelsticken/  
 negen Bunde vorn Dreylinck. Hale Krabbe/  
 Krabbe/ Krabbe. Krevet/ Krevet. Hallet  
 Kassebern goshloep/ hallet Kassebern goshloep.  
 Et quis commemoret omnia? Hi nostri sym-  
 patriæ, egregii ebuccinatores, cum cæteris  
 peregrinis, unum, ut dixi, conficiebant co-  
 hortem, additusque illis erat signifer vexillum  
 ferens è vimine textili artificiosè intorto, in  
 quo rudi penicillo pictum erat pæ calceor-  
 um cum inscriptione, VOTO NON VIVI-  
 TUR UNO. Postrema tandem constabat  
 ex Bachi pullis, insanum inter pocula claman-  
 tibus; qui postquam sese probè reddiderint  
 madidos, plenisque se proluerint Scyphis, pa-  
 teris, cantharis, crateribus, calicibus, phialis,  
 bombyliis, bœncaliis, cyathis, culullis, lage-  
 nis, obbis, Diotis, Croffis, bicis, gasteriis, bi-  
 cartis, amphicypallsis, gyalis, dynis, cyboriis,  
 cadissis, thericliis, cymbiis; postquam, in-  
 quam, pancratice atque athleticè abdomi-  
 ni distendendo strenuam oris atque guttu-  
 ris operam locassent, consueverant cum vino  
 maritare musicam, & cantionibus mirificè  
 partim seipos recreare, partim ad potandum  
 severius instigare, partim suaviorem sibi  
 reddere haustum liquoris bachici, partim Pa-

V. CO.  
 HORS  
 ebrio-  
 ram.

D 5

tris



tris Lyxi laudes & encomia deprædicere. Sci-  
 licet, Vina parant animos, faciunt quoque  
 Cantibus aptos. Fœcundi calices quem non  
 fecere Canentem! Audissetis hîc, si vobis li-  
 cuisset esse præsentibus, egregias illas bibacu-  
 lorum letanias; Solennes illos potantium  
 Pfaltens, Günstiger Herr und Freund/ halt mirs  
 vor übel nicht/ dieß Gläßlein Ich dir bringen  
 ehne/ so viel darinnen ist/ Runda, runda, runda,  
 runda dinella &c: Tum item ejusdem argu-  
 menti etiam illud: Och Naber iek wünsch  
 joek en gojen Dach/ Köffen an juw Hödelin/  
 Ich bring juw dñth so ydr wesen mach/ Köf-  
 fen roth/ Köffen roth an juwen Hode/ were  
 ydr uch/ ydr were wol godt. Præterea; Ich  
 fuhr mich über Rhein :/: auff einem Ellen-  
 Blade/ dat wahr myn Schepe :/: Schepe :/:  
 Schepetia. Nec non & hoc: Ich fuhr mich  
 einmahl zu Brunschwig aus/ da dürstet mich  
 also sehre/ we he he/ Die Weinlein die wir  
 giessen/ die sol man trincken/ Die Brinlein  
 die da stießen/ die sollen schwincken; Binn wer  
 ein stetten Duhlen hat/ den sol er wincken. Quia  
 non sum nescius vos ipsos satis benè atque  
 exactè scire secreta horum sacrificiorum,  
 in iis prolixius commemorandis non abutar  
 vestra benignitate; Illud solum necesse est ut  
 signi-

significem, huic ebriorum cohorti vexilliferum fuisse adjunctum, cujus signum est spongiis invicem confutis continebat effigiem. HIRCI, cum inscriptione UCALEGON.

Et talis quidem erat Legio militum vocalium; quam proximo pede sequebatur Legio organica, non absâ voce ut priores illi sed Instrumentis personans planam & simplicem Melodiam. Etiam hæc dirempta distributaque fuit in Cohortes quinque, quarum quælibet, quæ continuerit hominum genera, breviter indicabo. In primâ acie primâque cohorte ambulabant Tympano tribæ, masculo & incessante conatu, alternis manuum ictibus, baculis non segnibus verberantes rigidæ & perquam sonoræ membranæ vacua concla-

I. Co-

HORS.

Orga-

nicorū.

Tympanista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

nista.

via, seu ut cum Nasone brevius definiem, *Ibant Seminares, & inania tympana palmis. Fundebant.*

Pars horum gentiles erant, addicti sacrificio Matris DEUM; pars vero peregrini. Nec huic nec reliquis organicis cohortibus ullum signiferum, ullum vexillum esse vidi. In secunda cohorte ibant tubicines, quorum inflatæ buccæ, & oculi spiritu turgidi, & tota facies nigricante sanguine distenta, & labia prominencia, & guttur validè deductum, &

II. Co-

HORS.

Tubici-

nes &amp;

Fistu-

larii.

Trom-

petes

Pfeif-

fer.

Pfeif-

fer.

Pfeif-

fer.

Pfeif-

fer.

Pfeif-



correctæ aures arrectiq; capilli conjunctas con-  
tribuebant operas, communeq; auxilium ad  
excitandum Tarantara, & proliciendum pe-  
netrabilem sonum è concavo are. In tercia  
cohorte militabant Fistularii; edocti animare  
& vocalem facere cicutam, avenam, *longuè  
feramine barum.* Præ aliis in hac phalange  
virtute & robore conspiciendus erat Tityrus  
Maronis.

*qui pericula quondam recubans sub tegmine fagi  
solvestrem tenui Musam meditataura venâ,  
ad cujus proximè latus ambulabat Corydon,  
cui erat*

*diffusibus septem compactacicutis  
Fistula, Damaras dono illi quam dedit olim  
Et dixit moriens; Te nunc habet illa secundum.*

His succedebat Phalanx quarta, constans  
meris Russicis, quorum unicum studium in-  
flare utriculos, & per binas ternasve fistulas  
infertas hec dinæ pelli molliculæ eleganter  
rotundatæ, efformare sonum Nisæ, Thestili-  
dis, Amaryllidis, Galatæ puribus gratissimum,  
& plenissimâ voluptate delectabilem. Ulti-  
mam organicorum aciem claudebat, adeoque  
post principia stabat Cohors quinta, canoro  
admodum sonitu Tintinans. Erant Viri qua-  
drati, qui pedum manuumque valido impulsu  
com-

commovebant de trahē pendentia tintinabula; quæ ictu annexorum malleorum percussa, referebant clangorem longè lateque penetrantem. Præcipui è Dodonâ venerant; nonnulli etiam ex nostris regionibus. Illuc se quoque trahēbat manipulus puerorum, duobus malleolis percutientium bacillos quosdam oblongos, inæqualis magnitudinis affabre politos, super stramen in ordinem dispositos, resonantes tinnulum quid, non prorsus inacceptum auribus. Superest legio ultima, quam memini me vocasse heterogeneam. Non suppetit commodior appellatio: Nam, ut dicam quod res est, composita erat & conflata ex diversis & polydædalis brutorum animantium generibus, quæ pro suâ etiam parte virili conabantur auxiliare operas præbere. Bithoni & Musicæ simplici, utpote cujus pupilli fuerant jam à primis Naturæ exordiis. Mirus erat horum exercitus; mirus ordo & acies. Quantum ego dispicere potui, secesserant disposuerantque se in Quinque turmas aut si lubet Cohortes, incingentes & circumdantes undique binas priores humanas legiones. In medio aere supra capita Vocalium & Organicorum, volitabant duæ Cohortes avium: Altera minutularum, altera majorum.

Minu-



Micantula primæ erant, superimminebantque  
 cervicibus vocalium. Quamvis infinitus &  
 innumerabilis propè esset harum numerus,  
 cæteris tamen omnibus antecellebat Lusci-  
 niarum & alaudarum phalanx, in quarum  
 tam parvo atque exili corpufculo, nemo non  
 poterat admirari tam pertinacem & validum  
 spiritum, tam inimitabilem sonorum & ac-  
 centuum variorum elegantiam. Volucres  
 majores sequebantur proximo continuo vo-  
 latu, & ipsæ nimis multiplicis differentiæ. Vi-  
 didisset hic, aut, ut loquar rectius, audisset  
 Grues gruire, anseres gratitare, annatas detri-  
 nire, accipitros pipare, milvos lipire, gallos  
 cucurrere, gallinas glocire, pavones pupillare,  
 clangere aquilas, frigulare graculas, gloterare  
 ciconias, hubones bubulare, Cygnos drensa-  
 re, corvos crocitare, qui duo posteriores, tan-  
 to ardore tamque pertinace industriâ cantibus  
 suis & modulationibus toto hoc bellâ  
 tempore incubuerunt, ut postidea Corvi qui-  
 dem perpetuò rauci manserint, Olores vero  
 prorsus perdidierint lugubrem & feralem can-  
 tum, quo sibi ipsis morientibus exequias ca-  
 nere dicuntur à Poetis nostris.

Tertia cohors, totius exercitus & agmi-  
 nis erat anteambulo, in qua nihil præter gre-  
 ges

ges & armenta Quadrupedum, quibus & ipsi  
 per Naturæ favorem concessa fuit Musicæ  
 simplicis peritia. Ex quamplurimis hæc erant  
 præcipua. Equi hinnientes, Tauri bovesque  
 mugientes, rugientes Leones, uncantes ursi,  
 frendentes apri, asini rudentes, canes latran-  
 tes, arietes blaeterantes, oves balantes, sues  
 grunnientes, vulpeculæ gannientes. Duæ ul-  
 timæ cohortes, constituebant alas exercitus;  
 & quidem dextrum cornu claudebat ingens  
 caterva coaxantium Ranarum, quæ ex terri-  
 bili illa *Βαλεγχουμουχία* Homericæ super-  
 stites manserant; Sinistrum occupabat inse-  
 ctorum cohors, in quâ primipilos agnovi Ci-  
 cadas fritinientes, grillos grillantes, apes bom-  
 bilantes, Scarabæos susurrantes. Vestræ i-  
 psorum prudentiæ æstimandum reliquo,  
 quam terrificum, quam latevolantem & alte-  
 penetrantem sonum ediderit numerosa hæc  
 hominum brutorumque simul & conjunctim  
 vociferantium caterva. Nequidem cælo to-  
 nantem Jovem audire licuisset, ita clangebat  
 aer, boabat cælum fremitu: contra consona-  
 bat terra: ex spiritu atque anhelitu constabat  
 nebula.

Descripsi vobis quantum potui memo-  
 riam excitare ad recordationem præteritorum

ever.



eventum, Copias & universum militem Bisthonis, qui pro Musica planâ & simplici militatum venerant. Si benè calculum pono, neque mea me fallit numerandi peritia, invenio universim fuisse Quinquies centena millia, quingenta & quinquaginta quinque capitula.

## CAPUT VIII.

### Recensetur Exercitus Orphei.

**N**ihilo sequius ab alterâ parte Orpheus selectissimas coegerat & conscripserat copias. Ei nomina dederant, & sacramentum dixerant non è Græcia solum præstantissimi quique, sed & universo Christicolarum orbe. Distribuerat vero exercitum suum, non per Quincunces, ut Bisthon, sed in octerniones. Scilicet octo constabat phalangibus universum illius agmen militare. Velut ante vobis depinxi sectatores Musicae planæ; ita non gravabor etiam nunc porro commemorare qui venerint militatum pro Musica harmonica. Initio, ne id scitis nescii, distributa fuit, quæque phalanx, in quadratas acies quatuor, quarum cuique peculiare inditum nomen, Discantus, Altus, Tenor, Basis. Arma, quibus pugnaturi, non uniusmodi, sed diversarum generum.

generum; alia quadrata instar securium; alia rotunda; nonnulla etiam manubrium quasi prælongam caudam trahebant. Pars ex candido ebore, pars ex nigerrimo confecta ebore. Non aberant quoque lanceis haut dissimiles, hastulae longiores & breviusculae, quarum usus non tam in dimicando, quam in indicendo silentio, ubi receptui canere jubentur milites. Cæterum prima Harmonicorum I. PHALANX constabat è Cantoribus & meris M. LANX ficiis vocalibus, qui eruditâ suavitate, & delectabili consonantiâ conjunctis unanimiter *Cantores.* vivis vocibus acutis, gravibus, medioximis, efformabant plenum & aures animosq; egregie moventem Cantum. In hæc reperisset omnium ætatum, omnisque sexus homines, spadones, Eunuchos, pueros, puellas, adolescentes, juvenes, viros, senes. Nimirum eam varietatem vocumq; discrimina suo jure postulabat artificiosa compages absoluta & perfectæ Melodiæ. Hanc Phalangem signifer ducebat, in cujus vexillo imago NUBIS, largissimo effluvio stillantis VINO SUM IMBREM, addito emblemate, ANIMIS ILLABERE NOSTRIS. In hoc eleganti hominum coetu (quod quin vobis recensere continere me non possum) vocis bonitate &

E corpo-



corporis spectabili decore præcæteris conspi-  
ciendus erat VIR statæ ætatis, togam indutus  
ad exemplum prisorum Romanorum, quæ,  
pro more, laxa, in sinum multis crispulis sub-  
tracta succingebatur. Dextra gerebat album  
è Corylo bacillum, quam Physici nostri, vir-  
gulam divinam vocare amant; Politici vero  
Insigne dicunt esse Regiæ majestatis. Habi-  
tus corporis vegetus, sanguinis succiq; plenus.  
Non tam gracilis quam Archesstratus, qui cap-  
tus ab hostibus & ad lancem appensus, in-  
ventus est habere pondus unius oboli: Vel uti  
phileras, qui plumbeas gestavit soleas, ne à  
ventis abriperetur. Neque etiam ita obœsus,  
uti Epaminondæ miles, cujus ventrem qua-  
tuor clipei non tegebant, per quem nunquam  
vidisset sua pudenda: Vel uti Hebræi illi Rab-  
bini, Eleazer & Ismael, quorum ventres tam  
grandes, ut cum starent faciebus & corpore,  
conjuncti, duo validi boves inter eos transire  
potuerint, neutrum contingendo. Sed po-  
tius erat robustis, modestaq; crassitie conspi-  
cuis membris, quales Homerus Hectora &  
Achillem; Maro etiam suum Æneam depin-  
xit.

Syncipite prorsus similis Helisæo Pro-  
pheta; vel Agathocli Sicilia Regi, aut etiam  
Cajo

Cajo Julio Cæsari, (nam Tiberio, Neroni, Caligula, Domitiano, quamvis egregiè calvis, nollem virum optimum comparare) Quam sanè calvitiem inter illustres Naturæ dotes & ornamenta ponendam, multo magis atque Comam, & Capronas, & anteventulos, & cincinnos, qui credere nolet, is Synesium Cyrenensem convenito, apud quem documenta inveniet ingenii & subtilitatis plenissima. Barba Philosophicū in morem promissa, & quod in viris apprimè decorum, subruffi coloris. scilicet is color auri est, quod quotusquisq; non amat, quærit, veneratur & venatur? sed auri obrizi, fulvi, instar ignis rubescentis: non pallidi illius, *λευκὸ φλεγμὸν* τῆς laborantis, quod ex Diogenis sententiâ præ mœrore ita expuluit, *ὅτι πολλὰ ἐξ ἑαυτοῦ ὀπίσθευοντες* quia multos habet insidiatores. Tali olim Cæsarie etiam Nisus erat, egregius ille Megarensium Rex: Tali & Absalon: Et si Philosophi quoq; ad testimonium vocandi, ipse Pythagoras. Inficetos mehercules & impudentissimos bipedum, qui Ruffum etiam Judam fuisse mentiuntur. Id ego nec pictum, nec scriptum, nec dictum, reperi ulla in historiâ. Ajo potius fuisse Carbonario nigriorem. Nam qui fuliginosâ obscuritate cutim crinesque infectos

E 2                      gerunt,



gerunt, similes olidis & tenebrosis Judæis, fratres nigerrimi Cacodæmonis, genuina soboles nebulonum, fumigantes caminas expurgantium, illi non minus animo & mente quam corpore nigri sunt. Dignum scilicet patinâ operculum. Neque tenebrosum domicilium inhabitare amat splendidus & nobilis hospes.

*Hic Judas niger est hunc te Romane caveto,*  
Aurea vero & florida metaborum constitutio consimilem arguit animum. Porro vox illi sonora, gravis, mixtâ eleganti suavitate. Animi vero & Ingenii dotes non commemorabo prolixius, ne videar peccare in Catonis tritum illud,

*Nec nimium laudas te, nec culpaveris ipse.*

*Hoc faciunt stulti quos gloria voxit inani.*

Id tamen silentio præterire non possum, quod intellexerim eum esse, (id scilicet scire maxime æquum est Cantorem) apprimè versatum in celebrandis Divi Lyæi, & Divæ Cereris, sacrificiis. Non pot vulgare est aut prolatarium hominis donum, strenuo posse potare, & tamen de mentis potestate usuque rationis aut parum disperdere, aut profus nihil. Paucis id concessum,

*quos æquius amavis*

*Eadem.*

*tuam.* Hic vero noster hac in palastra virum sese praestitit perpetuo. Eo vero nomine quamvis carperetur, & pipulo differretur per urbem à rudi & stupido popello, id tamen illum profus nihil unquam movit. Et quidni? scibat quippe quod &

*Regibus hic mos est, magni urgere culullis,*

*Et torquere mera.*

Scibat quod virum Musicum & Poetam quam maximè deceat

*vino depellere curas.*

& iterato haustulo segregare abs sese, & animo suo domesticarum sollicitudinum importunam recordationem, quæ

*Cor miserum coquit, & versat sub pectore*

*fixa.*

Idque ad exemplum Homeri, Horatii, Anacreontis, Heroumque similium, ne huc citem ad testimonium Imperatores, Reges, Principes, totamque nostræ ætatis magnatum Rempublicam. Sed & cæteras hujus vici egregias dotes paucis accipite, nisi id vobis est nolentibus. Quærat quispiam virum, ponendis sive in alveolo, sive in trapezâ calculis, natum? Cantorem nostrum solertem dabo. Faciat periculum qui volet. Inveniet haut inferiorem Medico Homérico; inveniet, inquam,

*πῶλλον εὐταξίον ἄλλον.*

E 3

Neque



Neque hæc nulla laus est in viro politico,  
prout nunc

*Vivitur hoc avi quodcumque est.*

Id qui nesciat, cum stipitem & truncum dicent Elegantiore. Quid porro vobis fabulabor de festivâ hominis hilaritate? Jovem lapideam juro: cum insuper anferem Socratis: & Venerem venustam iratam habeam, si quisquâ Plautinus Gelastinus se unquam scivit tam facere festivum. Nullus præ hoc esset Portius Latro, ludicris simul & seriis celebris. Meri sunt lepores, meri joci, meræ festivitates, & dicitæria emphatica quæ proferre ille consuevit in Symposiis. Sed tamen hoc ipso tempore, quamvis egregiè instructus ad belligerandum, & urgendam Orphei causam, tamen mihi subtristis aliquantulum, & contractionis frontis visus est; neque præ se ferre antiquam vultus hilaritudinem. Quærenti mihi nunquid sorte domi aleret Canem, qualem Socrates? atq; eo nomine animo esset minus defœcato? Respondum fuit; Non quidem prorsus nihil esse quæ de cane fuisset conjectatus, sed tamen ingenium illud jam obduruisse adversus intestinum hoc malum. At vero aliud ex transverso incurrisse infortunium, quod illis temporib. etiâ nivem ceperit aspergere. Litem illi

NON

non ita pridem motam ab æruscatoribus quibusdam, qui quamvis ipsi nec litteras sciant bonas, (artes vero malas quamplurimas) nec animam nacti compositam ex numeris harmonicis, tamen licteratorum sint hostes acerrimi, hisq; inuideant vel Solem & aquam. Per horum malevolentiam se defraudatum esse, lautiori particula stipendii, quam tamesi plenus senatus liberaliter sibi aliundè recompensari iusserit de publico, istorum tamen invidiâ factum esse, quod hætenus strenuo eo quidem nomine esurire coactus sit. Atq; ita quidem passim in Rebuspubl. Melibœos istos argenti exterebronides solere tractare omnem eruditam gentem, quæ stipendia facit & meret in Musarum castris inclito Magistratui. Horum culpâ fieri quod Heroes, quorum ingenium admirabile tanquam fax publica è cœlo delapsa, aut in terras demissa, artes omnes illustrat, tam neglectim habeatur, ut quamquam ab Attalicis conditionibus avocati, & speciosis pollicitationibus accersiti, haut tamen censeantur pluris quâ quivis cacula aut plostrarius, imo cum casâ nuce sint in eodem pretio. Eos nisi ex insperato peregrini cujusdam Alexandri rara bearet liberalitas, tam benè esse provisos stipendiolis annuatim adhuc deartuandis detruncandisq; ut vix vorarent panem atrum



ex hesterno jure. Eam gratiam scilicet Eruditos debere his suis patronis egregiis! portentis & abortibus litterarum! Hostibus sapientiæ! Propudiis generis humani, ab omni æquitate & bonâ mente averfis.

PHALANX  
II. Organistarum  
Tempus est ut pergâ ad Phalanges cæteras. Pone hos Cantores ibat caterva Organistarum spiritualium, numero atque ordine secunda, quorum nonnullos primo intuitu vidisses eleganter in suâ arte eruditos, nonnullos phantastice superbos; nonnullos hilariter ingeniosos. Eorum unicus labor erat digitorum volubilibus gesticulationibus, & pedum tortuosis saltibus, per anxium eonatum exprimere atq; elicere affectatam mixtorum sonorum consonantiam, ex multiformibus fistulis, quas inflato aere jam ante impleverat folium prægrandium indefinens reciprocatio. Reperant hi in societatem suam, aliquot manipulos Juvenum Clavichordia & Symphonias pulsantium. Vexillifer iis præferebat signum cum inscripto capite humano, plenis buccis spiritum efflante, qualem pictores solent pingere VENTUM BOREAM: additâ inscriptione: SPIRITUS INTVS ALIT. Hæc Phalanx non ibat sola, sed pedissequam habebat plebeorum hominum catervam, folles prægrandes gestantium, quorum manubriis inscriptas (si bene

74  
bene memini) has vidi litteras, SINE ME NI-  
HIL. POTESTIS.

Tertiam Phalangem faciebant auletā, in- III.  
flantes fistulas, buccinas, lituos, tibias varii ge- PHA-  
neris, præcentorias scilicet, Vascas, gingrinas, LANX  
puellarias, milvinas, longas, dextras, sinistras, auleta-  
Phrygias, Sarranas, quarum omnium soni ar- rum.  
tificiosā commixtione ita temperabantur, ut  
facerent melodiam admodum delectabilem.  
Vexillum ferebat terrestris Junonis Ganymedes,  
stercoræ quidem profapia & plebei ingenii  
homo, sed tamen à Deâ sua fati largiter  
ornatus, quemadmodum solent asini Deorum  
idola gestantes. In vexillo erat MUS & HI-  
RUINDO, cum hoc ænigmate Homericò,  
QUOD CAPIMUS PERDIMUS, QUOD  
NON CAPIMUS SERVAMUS.

Sequebatur Phalanx quarta eorum qui equi- IV.  
nâ caudâ perfricabant *ἐὺσπεφες ἐν τερον* vi. PHA-  
Hodie violistas vocant. Gestabant chelides LANX  
minores, majores, medioxumas, earumq; con- Violi-  
sociatos sonos miscebant in unanimum har- storum  
moniam. In vexillo illorū depicta erat FLAM-  
MA, è qua frustrū CARNIS rapiebat DEXTRA  
manus virilis brachii, cum inscriptione, SIC V. VI.  
VOLUIT FORTUNA, Reliquæ quatuor Pha- VII.  
langes militum egregiè ad prælia instructorū, VIII.  
optimo ordine per acies dispositæ, pulsabant Phalā-  
sua ges.

E 5

sua ges.



sua quæq; peculiaria organa quatuor generâ,  
 Testudines, Pandoras, Nabilia, & Citharas. quia  
 non licuit mihi propius ad hos accedere, id-  
 circo de vexillis, & illorum Emblematicis ni-  
 hil certi possum vobiscum communicare. At-  
 que hæ fuerunt Orphei copiar, in quib⁹ (quem-  
 admodum mihi Tribunus bonâ fide in aurens  
 dixit, *ἄγχιχῶν κεφαλῶν*) numerata sunt o-  
 ctuagies octies centū mille, octingenta octua-  
 ginta octo capita, præter impedimenta, præ-  
 terq; mulas chitellarias, porrantes multifarium  
 Organorum apparatus, quorum quam inte-  
 gra myrias paulo erat minus.

#### CAPUT IX.

#### Prælium commissum inter Orphea & Bisthonem.

Postquam ad illum quidem modum educæ  
 sunt Legiones nimis pulcris armis prædi-  
 tæ: Postquã utrinq; exitum est magna copia:  
 Dispertiti viri, dispertiti ordine; Utriq; fratres  
 in medium exeunt: Extra turbam ordinum  
 colloquuntur simul: Convenit, victus uter sit  
 eo prælio, sceptrum, Regnũ, urbes, agros, aras,  
 focos, seq; uti dederet. Postquam id actum est,  
 utrimque ad unum omnes sonum edunt, suo  
 quisq; modulo, voce, organo. Contra conso-  
 nat terra. Clamorem utrimq; efferunt. Impe-  
 rator utrimq; hinc & illinc Jovi, cæterisq; Diis  
 vota

vota

vota suscipere; Hortari exercitum, ut pro se  
quisq; id quod potest & valet, edat, feriat, rela-  
frangat Boas cœlum fremitu virum. ex spiritu  
atq; anhelitu nebula constat. Deniq; ubi ad  
arma conclamari, & classicum cani cœptum  
est, cominus congregi & manum pedemque  
conferre, & punctim, cœsimq; ferire cœpit u-  
terque exercitus

*Tum vero rapti concurrant undique telū  
Et ferro ancipite decernunt: atraque late  
Horrescit strictū seges ensibus; atraque fulgens  
Sole lucepsa & lucem sub nubila jactans.*

Et sanè Hercules,

*Fluctus æti, primo cœpit cum albescere vento,  
Paulatim sese tollit mare, & alius undas  
Erigit; inde imo consurgit ad æthera fundo,*

Ita commotus huic & huic miles ad conflictū  
siccanti animo & gestiente dextra insurrexit.  
Cadunt volnerum vi & virium multi. Memi-  
nistis in Bisthonis exercitu antambulones fu-  
isse armenta gregemq; Quadrupedum; eorūq;  
proximè subsequos homines de Ecclesiā. Ini-  
tio omnium has invasit unus è primā Orphei  
acie manipulus, qui tam strenuo, tam masculē  
rem gessit, ut non tantum

*primo mox sanguine bellum*

*Imbueret, prima committens funera pugna.*

Sed etiam omnem interturbaret istorum or-  
dinem.



animam: Tanta orta est inter binas has Bistho-  
 nis Cohortes confusio, ut à quadruped. Mo-  
 nachos & Sacerdotes agrè discriminaffes. A-  
 lios asinos, alios boves, porcos, vulpeculas, ca-  
 nes, lupos rapaces; alios feras bestias inter di-  
 fperfos permixtosq; vidiffes. Communibus  
 vero pugnabant armis. Neq; quidquam inter-  
 esse putabant (*dolusne an virtus quis in hoste re-  
 quirat?*) sociorum telis, uti ubi propriis desti-  
 tuerentur. Itaq; nonnulli usurpabant ferocia  
 leonum; alii astutiam vulpium, quidam cha-  
 malcontis mutabilitatem, quidam mordaci-  
 tatem canum, pleriq; insentiam pecoris Arca-  
 dici. Ingenuis aliquis moru aestimato, quam-  
 plurima subtiliter eruere posset, quæ ad vitam  
 & actiones istorum hominum attinent, ex in-  
 timo eorundem in hoc bello Musico cum  
 commilitonibus quadrupedibus consortio.  
 Mihi non licet tam esse acuto per Ingenii he-  
 betudine. Sed neq; libet gladio fodere ignem.  
 Prolixam interpretatione qui expetit is emat  
 venales Sardos, & adeat Divæ Aletheæ itemq;  
 Bataviconcionatoris acrem sermonem ad Deos  
 manes. Interea dum hæc mixtura gnaviter cõ-  
 flicatur cum obviis hostibus, haut deses fuit,  
 aut impigracetera etiam turba. Ex cohorte  
 Operiorum consociaverant sese vetula, ve-  
 nusta, antiqua, prisca, casca, senes, aniles mu-  
 lier-

liercula, obstetrices, nutrices, lotrices, netrices, metrices, pumice Catanensi aridiores; Hyperboreo gelu frigidiores, Populi Lybicæ foliis tremebundiores, domiportâ testudine tardiores, pædotribæ crepidis obsoletiores; abside rotæ curvatiore, concharum convexitate rugosiores. Hæ igitur avia Matris Euandri, hæ silicet nia contracto cohibitoque Oris spiritu (quia ætas & annorum gravitas intercludebat canendi continuatum tenorem) diductis pygis pilantibus, recurvo corpore, sublatis supparis, impetu facto, in Organistarum pedissequos eos, qui *ventosis foliibus auras | ut accipimus reddant q.* tam terribilem ediderunt sonum, tam gravem boatum, ut *Cælo romansem crediderit Jæno:*

Scilicet recluso inferiori gutture ex foetida cloaca olentem, emittebant crepitum, evibrabantque rectâ in faciem ventriculorum utriculariorum; quo facto illi, usq; adeo perterriti, ut & manibus pedibusque tremerent, & obstupescerent penitus;

*steteruntque coma & vox faucibus hæsit.*

Ab illo tempore plarique illorum retinuerunt olentem foetorem, quo elegantius hominum nares hodiernum inundant. Verum ubi concessum fuit vires aliquantum recolligere; ubi animus reversus est in præcordia, vehementissimo illo typhone prope modum expulsus, nullo mora quin dictum factum, ferrum stringi cœperit in enervem & clumbem gregem ventularum. Sed illæ commodum declinarant

dc.



de pronâ viâ. Interea Organistæ aggressi sunt proximas amorabundas Cantratices, cumq; iis masculè confecerunt manus. Dimicatum utrimque fortiter ferè per trihorium. Multæ quidem istarum ablegatæ ad Charontem, ut ei nautum solverent; multa etiâ naso orbatæ, & labiis, & mammis, & comâ, & Reculâ (quasi litassent Divæ Neapolitanæ; aut in castris Gallicæ Viraginis militassent per aliquot soles) sed præ aliis miseram experta fuit sortem pulcherrimâ & maximè dicacula Nympha Echo, amasium Narcissi; El unus ex Organistis collo arreptæ, & in terram sternuo ictu projectæ abscedit extremâ cuspidem dulce canentis linguæ. Unde infœlix nympha, partim dolore membri, partim animi egritudine epæralio se subducens, aufugit in densissima nemora in lærepates villas, in ruinosa Fanorum conclavia, procul ab hominum confortio. Et vel hodie etiâ

*Spretâ læta: sylvæ pudibundaque frondibus ore*

*Protegit, & solû ex illo vivit, in antrû,*

*Mente tamen dedecus, linguâ vitium. & dolor barret,*

*Hinc tenuant vigiles corpus miserabile cura,*

*Adducitque cutim macies, & in aëra succu*

*Corporu omnia abit. Vox tantum atq; ossa supersunt.*

*Vox manet: Ossa ferunt lapidû traxisse figuram.*

*Omnibus auditur: sed saltim in fine loquendi*

*Ingemiat voces, auditæque verbareponit,*

*Vocalu Nymphæ, nec jam recidere loquenti*

*Nec prior ipsa loqui nisi surdo murmure novit,*

*Et modo de multu dictata novissima reddit. Non*

Non procul à Violistis abeat gregis quadrupedum aliquod agmen, conflatum ex ovibus, felibus, canibus, lupis; quæ bestiæ cum partim audirent, partim viderent intestina sua pulsari, lacerari, miserisq; modis torqueri & duci, irritatis animis, exasperatis unguibus, collisis dentibus irruerunt in suos hostes, multisq; illorum excusserunt oculos, qui abinde per compita & vicos Coclites chelidem fricando stipem emendicarunt. Tamen postremo Violistarum saperavit manus, quos re benè gestâ lubido incessit, excursionem faciendi in catervam Ebriorum. Summo igitur conatu ad illos sese adjungunt. Isti fortiter ingruunt contra. Hi non recedunt loco; quin statim rem gerant: Animam amittunt priusquam loco demigrent. Sed quia istos insigniter fecerat animosos, & spiritu Heroico afflaverat Deus Bromius, idcirco præter prædam nummariam agere aut abducere nihil quidquam contigit Violistis. Quæ res stimulum reliquit in illorum animis, ut usq; in hunc diem, velut ad cadavera corvi, ad cibum alienum mures, sic illi convolent ad Compotitorum, & Convivantium, & Helluonum conventicula.

*Turpi spe lucri placitaque cupidine præda.*

Jam tanto ardore incaluerat prælium, tam aspero conflictu pugna inibat, commixtis utriusq; partis militibus, ut quæ eopse momento terras fatigabat, terribilis concussio, & ingenti fragori commixtus tragicus mugitus; qui è nubibus erumpabat strepi-

THE



rus, crepitus, sonitus, tonitru; quæ emicabant è cœlo ignifera fulmina, ea à nemine vel audita, vel visa, vel sensa fuerint. Eriam.

*ῥίπῃ μίτραν ἴβῃσιν ὅμνῃσιν | Ἰν ἴσῃσιν ῥέδῃε ῥῃσῃσιν:*

Sed animis omnium hostili inimicitia, manibus vibrando ære, linguis promendo ululatu occupatis, nemo ad hæc miracula animum aduertit. Legimus olim simile quid evenisse in agro Perusino ad Lacum Thrasumenum, Annibalis victoria, & Flamini Confulis clade nobilitatum, ne quis existimet me nugari, aut narrare quæ nunquam facta sunt: quamquam non ignorem viros magnos, totum hoc admodum leve & venia dignum iudicare, MENTIRI. Hæc illic est pugnata pugna ab usq; mane ad vesperum. Sed prælium id tandem diremit nox interventu suo. Nec unquam dimicandi finem fecissent bellatores strenui, nisi

*Candidus Oceano nitidum caput abscondens Sol.*

*Obductu tenebris totum immerisso Olympum.*

*Δύσῃ ῥ' ἡ ἡλῃσιν, σκῃδῃσιν ῥ' ἡ πῃσιν ἡ μῃσιν.*


Quæ causa, quod cessatum è pugna & discelsu fuerit utrimq; Postridie quid perpetratum sit? quo successu initus iterum conflictus? quam sava facta strages innumerabiliu mortalium? tum item quis belli tandè exitus, id ego cras bona fide vobis narrabo, multaq; mira referam, quæ nec ab ullo sunt prius vulgata, nec oculis suis aut auribus capeffivit quisquam. Nunc tempus est, ut colligam sarcinulas, & quieti me dedam cum Musæis belligeratoribus; Vos mecum

*Ite domum Aonia, venit Hesperus, ite sorores.*

FINIS.













tum. Nam unâ Pe  
proxima ferè ema  
lumen obfuscat m

6. Causas Int  
tuor: 1. Partialen  
nullorum Civium  
tentia &c. Tales  
alios, è suo arbitrio  
Contra Senatum f  
non potest non tu

7. 2. Nimia al  
per contemptum,  
tio, & nisi remedi  
res & ipsa periculo


8. 3. Magistra  
tum vocantur illi,  
tur Senatum; aut  
turbas leves oppri  
nimis multi cives p  
in Rempubl.

9. 4. Religio  
10. Causa cor  
feditio, quæ si levi  
morbum: si gravi

CAP

### De Remedi

1. Solliciti sumus  
succurri potes



076

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

ariè crescente,  
modum majus  
ntes facio Qua  
inentiam non  
ore, divitiis, po  
se contemnunt  
fare conantur:  
vulgus. Hinc  
espublica.

orum civium  
nde oritur coi  
desperatio, quæ  
olitrix.

Cum in Sena  
tio prosequun  
neq; gliscentes  
Deniq; dum  
les recipiuntur

, Discordia vel  
dat: Republicæ  
verniciem.

### Reipubl.

mediis, quibus  
ubl.

2. Prin